DE
PRAEPOSITIONIS ΥΠΕΡ
APUD
PAUSANIAM PERIEGETAM
USU LOCALI

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE FRIBURGENSI
RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT

EDUARDUS REITZ
CAROLIRUHENSIS

FRIBURGI BRISIGAVIAE
FORMIS C. A. WAGNERI
MDCCCLXXXXI

BERNHARDO SCHMIDT

S.

BERNHARDO SCHMIDT

S.

Cum ante hos quattuor annos a Bernhardo Schmidtio, praeceptore meo, mihi propositum esset, ut in vim ac potestatem praepositionum, quibus Pausanias periegeta in locorum monumentorumque descriptionibus ad definiendum situm uti consuevisset, quam accuratissime inquirerem, hanc provinciam tanto libentius suscepi, quanto plus inde utilitatis non solum ad ipsius scriptoris elocutionem et universam illorum temporum graecitatem plenius cognoscendam, verum etiam ad veterem Graeciae topographiam, quae magna ex parte in Pausania recte intellecto posita est, redundare posse sentiebam. quem in laborem dum incumbo, pervenit in manus meas dissertatio Erlangensis Antonii Ruegeri anno 1889 publicata, quae 'Die Präpositionen bei Pausanias' inscribitur, subiitque animum metus, ne iam copia disserendi mihi praecepta esset. sed mox veritatem noti proverbii, quod, duo si faciant idem, neget idem esse, etiam hoc exemplo comprobatam vidi. etenim Ruegerus, quamquam p. 3 a rationibus topographicis ad operam suam se deductum esse profitetur, tamen in ipsa commentatione sic rem egit, ut illis paene nullo modo respectis in tractandis eis, quae proprie ad grammaticam pertinent, fere acquiesceret. quod cum ita sit, qui quaestionem de praepositionibus locali sensu a Pausania adhibitis retractabit sic, ut simul etiam rerum ab eo sive commemoratarum sive descriptarum plene rationem habeat, eum operam haud perditurum esse arbitror. in primis autem dignus est qui denuo investigetur usus apud hunc

scriptorem localis ὑπέρ praepositionis[1]). mirum est enim, quam diversae sint virorum doctorum maximeque eorum, qui in rebus topographicis veteris Graeciae studium suum collocaverunt, de ea re sententiae; quam quidem dissensionem Ruegerus in disputatione sua ne verbo quidem tetigit. veluti C. G. Siebelisius non distinctis genetivo et accusativo casibus ὑπέρ praepositioni additis in ed. mai. IV p. 280 (cf. I p. 45) una ex parte hanc particulam 'in perlustratione rerum deinceps positarum de iis, quae aliquo spatio distent ab ea, de qua antea et hactenus dictum sit, usurpari' ideoque saepe 'ultra, post, a tergo' valere, ab altera parte superiorem situm notare arbitratur; rursus vero in singulis locis incertus est, utrum hoc an illud statuat (cf. IV p. 279 sq.). quam ob causam haec annotat: 'obscuritates, quae remanent, fortasse minuentur diligentiore explicatione potestatis, quam hic (i. e. in Polygnoti pictoris tabulis a Pausania descriptis) praepositio ὑπέρ habere videtur et genetivo et accusativo iuncta promiscue'. F. G. Welckerus[2]) autem locum X 26, 4: Νεοπτόλεμον δὲ μόνον τοῦ Ἑλληνικοῦ φονεύοντα ἔτι τοὺς Τρῶας ἐποίησεν ὁ Πολύγνωτος, ὅτι ὑπὲρ τοῦ Νεοπτολέμου τὸν τάφον ἡ γραφὴ πᾶσα ἔμελλεν αὐτῷ γενήσεσθαι hoc modo interpretatur: 'weil das ganze Gemälde über das Grab des Neoptolemos sein, darauf sich beziehen sollte' (cf. l. c. adn. 9: 'eigner Gebrauch der Präposition'). ubicunque vero Pausanias ὑπέρ particula sive cum genetivo sive cum accusativo coniuncta ad figuras tabularum a Polygnoto pictarum describendas (X 25, 1 — cap. 31 extr.) utitur, eam idem vir utpote superiorem indicantem situm nostra particula 'über' reddit (cf. p. 94). eandemque de

[1]) De ΕΠΙ praepositionis in describendis artificiis apud Pausaniam vi et usu omni qua par est diligentia egit iam Ulricus Schaarschmidtius in dissertatione Lipsiensi a. 1873 in lucem emissa.

[2]) 'Die Komposition d. Polygnot. Gemälde in d. Lesche z. Delphi', Abh. d. Berl. Ak. 1847, ph. h. Cl. p. 82 sq.

huius praepositionis vi in figurarum pictarum descriptione sententiam habet W. Gebhardtus[3]), qui interpretationes aliorum confidenter impugnat. in primis autem duorum locorum in descriptione urbis Athenarum interpretatio magnas inter viros doctos controversias excitavit: I 14, 1: ναοὶ δὲ ὑπὲρ τὴν κρήνην ὁ μὲν Δήμητρος πεποίηται καὶ Κόρης, ἐν δὲ τῷ Τριπτολέμου κείμενόν ἐστιν ἄγαλμα et I 14, 6: ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν καὶ στοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον ναός ἐστιν Ἡφαίστου. nam W. M. Leakius[4]) dicit ad posteriorem hunc locum: 'Pausanias gebraucht hier offenbar das Wort ὑπέρ im Sinne von "über — hinaus", welche Bedeutung diese Präposition immer hat, wenn sie den 4. Fall regiert' (cf. p. 185: 'jenseits der Stoa Basileios und jenseits der Grenzen des Kerameikos'). nihilo minus legimus in eadem pagina de priore illo loco: 'oberhalb der Quelle', cum p. 182 rursus 'jenseits des Brunnens' vertatur. at contra E. Curtius cum in libro, qui 'Peloponnesos' inscribitur, permultos Pausaniae locos, quibus ὑπέρ cum accusativo iungitur, nostro 'oberhalb' interpretatus est, tum in studiis Atticis[5]) locum, qui est I 14, 6, sic vertendum censet: 'oberhalb des Kerameikos und der Königshalle'; item P. W. Forchhammerus[6]) in ὑπέρ praepositione ad situm designandum cum accusativo copulata apud Pausaniam significationem 'oberhalb' inesse pro explorato habet; nam 'oberhalb der Quelle (ὑπὲρ τὴν κρήνην)', inquit, 'sind zwei Tempel, einer der Demeter und Kore, in dem andern ist die Bildsäule des Triptolemos. Dieses ὑπέρ kommt beim

---

[3]) 'Die Komposit. d. Gemälde d. Polygnot i. d. Lesche z. Delphi', Festschr. z. Feier d. 25jähr. Jubil. d. arch. Sem. d. Univers. i. Göttingen, Gött. 1872 p. 7 sq.

[4]) 'Topographie v. Athen', übersetzt v. J. G. Baiter u. H. Sauppe, p. 84 n. 4.

[5]) Abh. d. Gött. Ges. d. Wiss. XII p. 139.

[6]) 'Zur Topogr. v. Ath.', Philol. XXXIII (1874) p. 116 sq.

Pausanias nur in dem Sinn von "oberhalb" vor und nur an solchen Stellen, wo man es nach einfacher Erklärung in diesem Sinn nehmen muss'. iam vero cum eiusdem sententiae sint et C. F. Ungerus[7]) et A. Milchhoeferus[8]) et P. Weizsaeckerus[9]), contra C. Wachsmuthius[10]) praepositionem cum accusativo copulatam I 14, 6 et aliis locis sensu nostri 'oberhalb' adhiberi prorsus negat: immo potius ὑπέρ cum gen. et ὑπέρ cum acc. coniunctum apud periegetam discerni vult statuitque in praepositionis cum quarto casu copulatione semper significationes aut 'über — hinaus' aut 'über — hin' inesse, quarum utra in singulis locis valeat, ex ipsa rei natura nunquam non intellegi possit. quo iudicio, quod primum in museo Rhen. XXIII (1868) p. 9 est factum, motus, ut videtur, E. Curtius[11]) priore sua loci I 14, 6 explicatione abiecta aeque ac Wachsmuthius vertit: 'über den Kerameikos und die Königshalle hinaus'. Ruegerus denique l. l. p. 49 sqq., quamquam de ὑπέρ praepositionis significationibus non satis definite sententiam suam elocutus est, tamen particulae in eis locis, quibus sive cum gen. sive cum acc. ad situm indicandum usurpatur, non solum vim 'ultra', sed etiam 'supra' in universum tribuit; ubi autem in Polygnoti tabularum descriptione nobis occurrat, eam valere 'etwas weiter zurück', atque ubi cum gen. ad situm populorum, insularum, urbium definiendum adhibeatur, nonnunquam in notionem 'nördlich' transire contendit. at dum non cuncti Pausaniae loci plene collecti

---

[7]) 'Enneakrunos u. Pelasgikon', Sitzungsber. d. Münch. Akad. 1874 p. 296.

[8]) 'Über d. Lage des "Kolonos" in Athen', hist. u. philol. Aufs. f. E. Curtius p. 348; cf. eiusdem 'Athen' in A. Baumeisteri 'Denkm. d. klass. Altert.' I p. 166.

[9]) 'Die Beschreib. des Markt. v. Ath. u. die Enneakrunosepis. b. Paus.', Jahrb. f. Phil. u. Pädag. 1887 p. 593.

[10]) 'Die Stadt Ath. i. A.' I p. 175 sq.; cf. p. 278.

[11]) 'Erläuternder Text d. 7 Karten z. Topograph. v. Ath.' p. 51.

omnium oculis subiecti erunt, interpretatio ὑπέρ particulae in dubio versabitur; quare, quae de vi eius locali Ruegerus non in medium prolatis nisi paucis exemplis exposuit, ea me iudice parum idonea sunt, quibus usus dicendi clare appareat, praesertim cum ipsa exempla non ea qua par erat perspicuitate in ordinem redacta sint. itaque ego quaestionem hoc modo institui: primum omnes locos, in quibus ὑπέρ localiter usurpatum reperitur, collegi collectosque secundum singulas particulae significationes in classes divisi; deinde, postquam in fronte uniuscuiusque classis ea verba, quibuscum praepositio coniuncta est, collocavi, singulos locos perlustravi ita, ut a certissimis exemplis profectus similia cum eis componerem, argumentis et ex Pausaniae ipsius verbis et ex locorum quae describuntur natura et ex eis, quae pala archaeologorum in lucem prompsit, repetitis atque Pausaniae ratione dicendi cum aliorum scriptorum comparata et libris, qui ad geographiam, topographiam, antiquae artis historiam spectant, in auxilium vocatis et, ubi alia satis idonea argumenta deerant, conclusionibus ex analogia factis.

Caput primum.

De ὑπέρ cum genetivo coniuncto.

I. Ὑπέρ cum genetivo usurpatur de motu, qui loci finem transgreditur. unde significatione respondet vocabulis nostrae linguae ‘über — weg’; pro quibus,, si motus sursum fit, ‘über — hervor’ sive ‘— empor substituere solemus. verba, quae ad particulam pertinent, notionem habent movendi, res autem ipsae, de quibus dicuntur, videntur moveri, non moventur:

καθήκειν: V 16, 3; ἀνέχειν: III 20, 3 VIII 11, 4 X 26, 2 (cf. p. 6 sq.); ἀνίσχειν: X 12, 1.

ἔδαφος τῶν Τρώων τὸ τεῖχος· ἀνέχει δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ κεφαλὴ τοῦ ἵππου μόνη τοῦ δουρείου. ita Pausaniae verba restituenda esse arbitror. nam quod in codicibus Ag Pc M Vab Lab exstat ὑπὲρ αὐτῶν κεφαλή, sensu caret. Siebelisii autem coniectura ὑπὲρ αὐτὸ (sc. τὸ τεῖχος) ἡ κεφαλή, quam SW., Dind., Schub. in textum receperunt, etsi sanatur sententia, tamen, cum scriptor ubique (cf. antecedentes locos) ad ἀνέχειν vel ἀνίσχειν ὑπέρ cum gen. addat, hoc loco ὑπὲρ αὐτοῦ scribatur necesse est[14]).

II. Ὑπέρ particula cum genetivo coniungitur ad loci situm describendum.

A. ut loci finis, ultra quem aliquid aut situm est aut fit, indicetur, notione 'über — drüben' vel 'jenseits' usurpatur. verba, ex quibus ὑπέρ suspensum est, significant aliquid alicubi

a. esse:

εἶναι: I 35, 1 VIII 35, 10 IX 3, 9 (cf. p. 23 sq.); κεῖσθαι: IX 22, 6; quiescendi verbum subaudiendum est: I 30, 3 (cf. p. 12 sq.) II 9, 2 III 2, 1 IV 23, 5 VII 4, 1 IX 11, 5 X 9, 9 (cf. p. 16 sq.);

b. fieri:

ἐκδιδόναι: VIII 54, 3; κατακλίνεσθαι med.: IX 23, 2.

Exempla.

Primum complures locos, quibus insularum vel locorum maritumorum situs describuntur (I 35, 1—X 9, 9), sub uno conspectu ponere commodum est.

---

[14]) Idem coniecit Ruegerus p. 51; ceterum falso is dicit duobus tantum locis verbo ἀνέχειν (ἀνίσχειν) praepositionem ὑπέρ cum genet. adiectam esse: sunt enim praeter locum supra emendatum tres.

I 35, 1 νῆσοι δὲ Ἀθηναίοις οὐ πόρρω τῆς χώρας εἰσίν, ἡ μὲν Πατρόκλου καλουμένη, — ἄλλη δὲ ὑπὲρ Σουνίου τὴν Ἀττικὴν ἐν ἀριστερᾷ πλέουσιν. sine dubio cum Siebelisio scribendum est τὴν Ἀττικὴν ἐν ἀριστερᾷ παραπλέουσιν; cf. I 1, 1 καὶ λιμήν τε παραπλεύσαντι τὴν ἄκραν ἐστί et II 34, 8 ταύτας (sc. τὰς Ἀριστερὰς) δὲ παραπλεύσαντί ἐστιν αὖθις ἄκρα; sed altera eiusdem coniectura τῆς Ἀττικῆς ἐν ἀριστερᾷ πλέουσιν probari non potest, quia, quae laeva quaeve dextra Atticae ora sit, iure quaeritur. utcunque tamen res se habet, nobis vertendum est: 'wenn man linker Hand Attika entlang (i. e. ex sinu Saronico) fährt'. quibus verbis accuratissime ordo denotatur, quo loca sita sunt: insula Patrocli, Sunium promunturium, ultra id Helene insula. eandem rerum ab occasu ad orientem enumerandarum rationem invenimus apud Ps. Scyl.: 56 Megara, 57 Attica: Eleusis, contra eam Salamis, Piraeus, Athenae, Anaphlystus, Sunium promunturium, Thoricus, Rhamnus, alii portus Attici, 58 κατὰ δὲ τὴν Ἀττικήν εἰσι νῆσοι αἱ Κυκλάδες καλούμεναι, καὶ πόλεις αἵδε ἐν ταῖς νήσοις· Κέως —· Ἑλένη[15])· Κύθνος ctt.; item apud Ps. Scymn.: 557 sqq. Salamis, Athenae, 566 sq. τὸ Σούνιον κάμψαντι δ' ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς Εὔβοια κεῖται νῆσος (Helene ante Euboeam nominanda erat). maior est cum Pausania consensus apud Strab.: IX 1, 4 sqq. Nisaea et Megara, 9 πρόκειται δ' ἀπὸ Νισαίας πλέοντι εἰς τὴν Ἀττικὴν πέντε νησία, εἶτα Σάλαμις, 11 in continenti Salaminis ex adverso Cerata montes, 12 Eleusis, 13 Thriasia planities, 14 sqq. Corydalus mons, Psyttalia, Piraeus, Mu-

[15]) Cf. C. Muelleri geogr. Gr. min. adnot. ad h. l.: 'cum in ceteris insulis recensendis certus quidam ordo sit, mireris Helenam, quae Sunio proxime adiacebat, post Ceum collocari, ne dicam hanc insulam omnino non solere Cycladibus accenseri, ac secreta demum Helena tralaticium Cycladum numerum duodenarium erui. auctor, ex quo haec fluxerunt, eodem modo rem instituerit, quo Artemidorus fecit, qui ab Attica proficiscens primum nominavit Helenam, deinde vero ad Cycladas se convertit. vide Strab. X p. 485'.

nychia, Athenae, 21 μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ Φαληρεῖς δῆμος ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ, deinde alii pagi; οὗτοι μὲν οἱ μέχρι τῆς ἄκρας τοῦ Σουνίου, ante hanc autem oram insulae Hydrussa, Phabra, Eleüssa, Belbina, Patrocli insula, 22 κάμψαντι δὲ τὴν κατὰ τὸ Σούνιον ἄκραν ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον, εἶτα Θόρικος, deinde loca marituma usque ad Oropum enumerantur, πρόκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης, πρὸ μὲν τοῦ Θορίκου καὶ τοῦ Σουνίου νῆσος Ἑλένη — μετὰ δὲ τὴν Ἑλένην ἡ Εὔβοια πρόκειται τῆς ἐφεξῆς παραλίας; cf. denique Plin. n. h.: IV 12 (20) 'compluresque aliae (sc. insulae) ex adverso Atticae sine oppidis et ideo ignobiles. sed contra Eleusina clara Salamis, ante eam Psyttalia, a Sunio vero Helene V distans. dein Ceos ab ea totidem —;' 21 Euboea.

II 9, 2 συμβαλὼν δὲ περὶ Δύμην τὴν ὑπὲρ Πατρῶν — νικᾷ τῇ μάχῃ. haec verba cum sint in excursu historico Sicyonis descriptioni inserto, Dymae situs ex Sicyone significatus esse videtur, et re vera Dyme Sicyone proficiscenti ultra Patras est. cf. eundem ordinem apud Ps. Scyl. 40 sq. Corinthus, Sicyon, 42 Achaia: Pellene, Aegira, Aegae, Aegium, Rhypes, extra Rhium Patrae, Dyme, 43 Elis; apud Strab. VIII 7, 4: μετὰ Σικυῶνα Πελλήνη κεῖται· εἶτα Αἴγειρα δευτέρα· τρίτη Αἰγαί — · τετάρτη Βοῦρα· μετ' αὐτὴν Ἑλίκη — · μετὰ δὲ Ἑλίκην Αἴγιον καὶ Ῥύπες καὶ Πατρεῖς καὶ Φαρεῖς· εἶτ' Ὤλενος — · εἶτα Δύμη καὶ Τριταεῖς (cf. § 5); in Plin. n. h.: IV 2 (3) sqq. sinus Corinthiaci ora, quae ad septentriones et orientem, 5 (6) quae ad meridiem spectat: urbes in universum ab ortu ad occasum recensentur, quamquam, quod ad situm singularum urbium attinet, ordo confunditur; sed ubi Dyme et Patrae enumerantur, ordo recte se habet: Panhormus portus, Rhium promunturium, Patrae, in mediterraneis Pherae, 'ultra Patras oppidum Olenum, colonia Dyme'; apud Ptol.: III 16, 3 sq. Lechaeum, Asopi et Sythae ostia, 5 Achaea: Αἴγειρα, Αἴγιον, Ἐρινεὸς λιμήν, Ῥίον ἄκρον τὸ καὶ Δρέπανον, Ποσειδῶνος ἱερόν, Πάτραι,

Ὤλενος, Δύμη, Ἄραξος (ἄκρα); postremo apud Ps. Scymn. 470 sqq.: primum pars septentrionalis sinus Corinthiaci, deinde orientalis, tum meridionalis: Sicyon, Achaea, tum secuntur Elis, Messenia, cett. (singula oppida, quamquam non commemorata, eodem ordine, quo supra, nuncupari necesse erat).

Sed etiamsi ex Sicyone Dymae situm designasse Pausaniam credibile sit, tamen hoc casu factum puto. inveniuntur enim apud eum loci, quibus quamquam praepositio ὑπέρ non valere potest nisi 'jenseits', cum vis 'oberhalb' plane reiectanea sit, tamen hac particula regiones ita significantur, ut, quo sese excipiant ordine, omnino non perspicias, si quem Pausanias tenet locum ipse teneas:

VIII 54, 3 (ὁ Ἀλφειὸς) ἐκδίδωσιν ὑπὲρ Κυλλήνης, ἐπινείου τοῦ Ἠλείων, ἐς τὴν θάλασσαν. 'Alpheus ultra Cyllenen in mare effunditur': recte quidem hoc per se, sed ita dicere non poterat, qui, ut Pausanias, Alphei ostium a Tegeatarum agris denotaret (hos scilicet periegeta modo descripsit et ex eis fluminis cursum usque ad ostium sequitur)[16]), poterat is tantum, qui Eleorum litus inde a septentrionibus perlustraret meridiem versus; nam confer locorum ordinem apud Ps. Scyl.: 42 Patrae, Dyme, 43 Elis: Κυλλήνη καὶ λιμὴν καὶ ποταμὸς Ἀλφειός, 44 Arcadia, cui Triphyliae ora attribuitur, 45 Messenia; apud Strab.: VIII 3, 4 Araxus promunturium, Cyllene, Chelonatas promunturium, 12 Phea et Ichthys promunturia, εἶθ' ὁ Ἀλφειὸς ἐκδίδωσι, 13 sqq. Thriphylia; in Plin. n. h.: IV 5 (6) 'colonia Dyme, loca Buprasium, Hyrmine, promunturium Araxus, Cyllenius sinus, promunturium Chelonatas, unde Cyllenen V p., — Elis in mediterraneo et a Pylo XIII intus delubrum Olympii Iovis — Pisaeorum quondam oppidum, praeterfluente Alpheo amne. at in ora promunturium Ichthys. amnis Alpheus

[16]) De loco, quo libros suos conscripserit Pausanias, cogitare nihil refert, quoniam de ea re nec ipse periegeta mentionem facit nec ex opere eius quicquam colligi potest.

navigatur VI. oppida Aulon, Leprium'; deinde IV 5 (6 sq.) Messenia; apud Ptol.: III 16, 5 Achaea ab Aegira ad Araxum promunturium, 6 Elis: Κυλλήνη ἐπίνειον, Πηνείου ποταμοῦ ἐκβολαί, Χελωνῖτις ἄκρα, Χελωνίτης κόλπος, Ἰχθὺς ἄκρα, Ἀλφειοῦ ποταμοῦ ἐκβολαί, ἡ ἀρχὴ τοῦ ποταμοῦ, 7 Messenia; apud Ps. Scymn. 516 sqq.: Sicyon, Achaea, Elis, Messenia, Laconica (urbium non nominatarum ordo esset idem).

IV 23, 5 γνῶμαι δὲ ἦσαν Γόργου μὲν Ζάκυνθον τὴν ὑπὲρ Κεφαλληνίας καταλαβόντας — ναυσὶν ἐς τὰ παραθαλάσσια τῆς Λακωνικῆς ἐπιπλέοντας κακοῦν τὴν γῆν. neque e Cyllene, ubi Gorgus cum Messeniis fugientibus versabatur, neque e Messenia, cuius de bellis scriptor refert, naviganti Zacynthus ultra Cephalleniam est, sed soli ei, qui in locis recensendis a septentrionibus ad meridiem progreditur. cf. Ps. Scyl.: 34 Leucas, Ithaca, Cephallenia cum Acarnaniae litore, 35 sqq. litus septentrionale, orientale, meridionale sinus Corinthiaci, 43 terra Eleorum et contra eam Zacynthus; Ps. Scymn. 464 sqq.: κεῖνται δὲ καὶ νῆσοι κατὰ ταύτην (sc. τὴν Ἀκαρνανίαν) πλείονες· Λευκὰς μὲν ἐν πρώταις, Κορινθίων κτίσις, εἶθ' ἡ Κεφαλλήνων, Ἰθάκη δὲ πλησίον, ἥ τε Πελοποννήσῳ σύνεγγυς κειμένη Ζάκυνθος; Strab.: II 5, 20 insulae ante Illyricum: Apsyrtides, Cyrictica, Liburnides; deinde Issa, Tragurium, Corcyra Nigra, Pharus, Diomedeae ante Italiam, ante Epirum Corcyra et Sybota, ante sinum Corinthiacum Cephallenia, Ithaca, Zacynthus, Echinades; X 2, 8 Leucas, 10 sqq. Cephallenia cum Ithaca, 18 Zacynthus; Plin. n. h. IV 12 (19): Corcyra simul cum insulis circumiacentibus, Leucas, insulae finitumae, 'ante eas in alto Cephallania, Zacynthus'.

IX 22, 6 ὡς ἐπιλάβοι τὸ χρεὼν αὐτοὺς ἐν Νάξῳ τῇ ὑπὲρ Πάρου κειμένῃ. ultra Parum iacere Naxum affirmat scriptor. quo ex loco hunc situm intellegi vult? num ex Anthedone, de qua hic loquitur? non est veri simile. at perie-

geta sine dubio certum ordinem insularum Cycladum in mente habet, quo Parus ante Naxum nominata erat, de quo tamen nihil plane nobiscum communicat. cf. Ps. Scyl.: 55 Corinthus, 56 Megara, 57 Attica, 58 νῆσοι Κυκλάδες. κατὰ δὲ τὴν Ἀττικήν εἰσι νῆσοι αἱ Κυκλάδες καλούμεναι, καὶ πόλεις αἵδε ἐν ταῖς νήσοις· Κέως —· Ἑλένη[17]· Κύθνος —· Σέριφος —· Σίφνος· Πάρος —· Νάξος· Δῆλος· Ῥήνη· Σῦρος· Μύκονος —· Τῆνος —· Ἄνδρος —· αὗται μὲν αἱ Κυκλάδες νῆσοι. — μετὰ δὲ Ἄνδρον Εὔβοια νῆσος; Strab. X 5, 3: κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν δώδεκα (sc. Κυκλάδες) λέγονται· προσεγένοντο δὲ καὶ πλείους. Ἀρτεμίδωρος γοῦν (ιε') διαριθμεῖται περὶ τῆς Ἑλένης εἰπών, ὅτι ἀπὸ Θορίκου μέχρι Σουνίου παράκειται, μακρὰ σταδίων ὅσον ἑξήκοντα τὸ μῆκος· ἀπὸ ταύτης γάρ φησιν αἱ καλούμεναι Κυκλάδες εἰσίν· ὀνομάζει δὲ Κέω, τὴν ἐγγυτάτω τῇ Ἑλένῃ, καὶ μετὰ ταύτην Κύθνον καὶ Σέριφον καὶ Μῆλον καὶ Σίφνον καὶ Κίμωλον καὶ Πρεπέσινθον καὶ Ὠλίαρον καὶ πρὸς ταύταις Πάρον, Νάξον, Σῦρον, Μύκονον, Τῆνον, Ἄνδρον, Γύαρον.

I 30, 3: Λιγύων τῶν Ἠριδανοῦ πέραν ὑπὲρ γῆς τῆς Κελτικῆς Κύκνον — γενέσθαι βασιλέα φασί. sic codices; Dindorfius (ed. praef. p. XII) locis I 4, 1 et V 14, 3 collatis ὑπέρ delevit, Schubartus uncis saltem inclusit. non tamen mihi fidem fecerunt. haec enim verba ut intellegas oportet recte iudices de Eridano. Dindorfius eum pro Pado habuisse videtur aeque atque Amasaeus, qui vertit: 'Ligurum, qui in Gallia transpadana sunt'[18]. at ex loco I 4, 1 colligitur Eridanum non Padum, sed Rhodanum esse, cum a Pausania γῆ ἡ Κελτική terra illa intellegatur inter Pyrrhenaeos montes, Alpes, Rhenum, Oceanum sita[19]; cuius quidem

[17]) Cf. p. 8, adn. 15.

[18]) Haec opinio apud veteres frequenter invenitur; cf. Papii Benselerique 'Wörterbuch d. griech. Eigennamen'. [3] s. v.

[19]) Οἱ δὲ Γαλάται οὗτοι νέμονται τῆς Εὐρώπης τὰ ἔσχατα, ἐπὶ θαλάσσῃ πολλῇ καὶ ἐς τὰ πέρατα οὐ πλωίμῳ· παρέχεται δὲ

sententiae apud veteres exempla non desunt: Aeschyl. apud Plin. n. h. XXXVII 2 (11), Dionys. per. v. 281 sqq.[20]). deinde vero Ligures maximam partem non ultra Padum i. e. a Pado septentriones versus ('ultra' enim de Romanorum sententia dictum est), sed citra flumen i. e. a flumine meridiem versus sedebant[21]). quodsi Eridanus idem est qui Rhodanus, ordo, quo Celtarum et Ligurum terras scriptor sibi fingit positas, ab occasu ad orientem est (fines Celtici, deinde Rhodanus [Eridanus], tum trans Rhodanum [Eridanum = Ἠριδανοῦ πέραν] et terram Celticam [= ὑπὲρ γῆς τῆς Κελτικῆς] Ligures). igitur eius loci (Atticae), quem ipse tenet, Pausanias rursus nullam rationem habet. cf. Ps. Scyl. 1 sqq.: Herculeae columnae, Iberes, Ligures et Iberes[22]) in eisdem sedibus, Rhodanus, Ligures soli, Tyrrheni;

ἄμπωτιν καὶ ῥαχίαν καὶ θηρία οὐδὲν ἐοικότα τοῖς ἐν θαλάσσῃ τῇ λοιπῇ· καί σφισι διὰ τῆς χώρας ῥεῖ ποταμὸς Ἠριδανός, ἐφ' ᾧ τὰς θυγατέρας τὰς Ἡλίου ὀδύρεσθαι νομίζουσι τὸ περὶ τὸν Φαέθοντα τὸν ἀδελφὸν πάθος. ὀψὲ δέ ποτε αὐτοὺς καλεῖσθαι Γαλάτας ἐξενίκησεν· Κελτοὶ γὰρ κατά τε σφᾶς τὸ ἀρχαῖον καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὠνομάζοντο; cf. V 14, 3 (ubi scribo τῆς τῶν Κελτῶν [cf. I 44, 4 τῆς Βοιωτῶν II 12, 3; 26, 1; 34, 4]; γῆς τῆς τῶν Κελτῶν M Vb Ag Pc La, γῆς τῶν Κελτῶν Va Lb SW. Dind., γῆς τῆς Κελτῶν Sch.; plurimi igitur codices praebent veram lectionem τῆς iuxta falsam γῆς, id quod inde explicatur, quod olim τῆς lineae superscriptum erat ad γῆς corrigendum) et I 33, 4. — H. Nissenus, 'Ital. Landeskunde' I p. 183 et adn. 3 Pausaniam I 4, 1 Eridanum aliquod flumen, quod in mare septentrionale fluat, intellegere putat; quod reiciendum est, quia scriptor Ligurum sedes Eridano et terra Celtica determinat.

20) Cf. C. Muelleri geogr. Gr. min. adn. ad v. 289.

21) Cf. Polyb. II 16, 1 sq., Strab. V 1, 4 διαιρεῖ δ' αὐτὸ (sc. τὸ πεδίον) μέσον πως ὁ Πάδος, καὶ καλεῖται τὸ μὲν ἐντὸς τοῦ Πάδου, τὸ δὲ πέραν· ἐντὸς μὲν ὅσον ἐστὶ πρὸς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι καὶ τῇ Λιγυστικῇ, πέραν δὲ τὸ λοιπόν. οἰκεῖται δὲ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν Λιγυστικῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Κελτικῶν, τῶν μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκούντων, τῶν δ' ἐν τοῖς πεδίοις· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν Κελτῶν καὶ Ἐνετῶν, H. Kiepert. 'Lehrb. d. alt. Geogr.' p. 398 sq., Nissen. l. c. I p. 471 sq.

22) Cf. Strab. III 4, 19.

Ps. Scymn.: 119 sqq. Herculeae columnae cett., 199 sqq. Iberes, Bebryces in mediterraneis, Ligures ad oram maritumam cum Iberibus[22]) coniuncti[23]), Rhodanus, Ligures soli, Pelasgi Tyrrhenique; Strab. II 5, 19: εἴρηται δέ, ὅτι ἀρχὴ τοῦδε τοῦ κόλπου (i. e. maris interni) ἐστὶν ὁ κατὰ τὰς στήλας πορθμός· — ὁρίζεται δ' ἐκ μὲν τοῦ δεξιοῦ πλευροῦ τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ μέχρι Καρχηδόνος, ἐκ δὲ θατέρου τῇ τε Ἰβηρικῇ καὶ τῇ Κελτικῇ κατὰ Νάρβωνα καὶ Μασσαλίαν καὶ μετὰ ταῦτα τῇ Λιγυστικῇ, τελευταίᾳ δὲ τῇ Ἰταλικῇ μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ; Plin. n. h.: III 1 (2) sqq. Hispania ulterior, H. citerior, Gallia provincia, 5 (6) Italia i. e. Ligures, Etrusci, cett.; Dionys. per. 281 sqq.: Herculeae columnae, Iberes, Pyrrhenaei montes, Celtae, Rhodanus (Eridanus), Tyrrheni, quibus Ligures quoque comprehendi videntur, nisi forte eos memorare scriptor oblitus est; Avien. or. mar.: Iberia[22]), cuius descriptio a columnis Herculeis incipit (v. 86 et 341), Rhodanus, Ligures (v. 608 sq.).

Haec sunt exempla, quae ad Europam pertinent; iam qualia sunt ea, quae ad Asiam spectant?

VII 4, 1 αἱ δὲ ἐν ταῖς νήσοις εἰσὶν Ἰώνων πόλεις, Σάμος ἡ ὑπὲρ Μυκάλης καὶ Χίος ἡ ἀπαντικρὺ τοῦ Μίμαντος. haec verba legimus in historico excursu, qui est de Ionicis coloniis in oram Asiae minoris deductis (VII 2, 1—VII 6). cum hic insulae ante oram sitae Samos et Chios (VII 4, 1) accuratissime et loca marituma in universum certe a meridie ad septentriones enumerentur[24]), apertum est periegetam a meridie ad septentriones migrantem se fingere ita, ut ex Mycale monte Samum transeat: sic trans Mycalen Samos est.

---

[23]) Cf. Muell. geogr. Gr. min. adn. ad v. 206.

[24]) VII 2, 4—VII 4 et VII 5, 1: Miletus cum Didymis, Ephesus statim nominata, ut Ephesiae Artemidis templum Didymaei Apollinis templo posset aetate opponi, Myus, Priene, Colophon cum Claro, Lebedus, Teos, Erythrae, Clazomenae, Phocaea, Smyrna postremo loco posita, quoniam prius Aeolica erat colonia.

Iam addo nonnulla exempla, quibus demonstretur Pausaniam nulla eius loci, quem ipse obtinet, ratione habita loca per ὑπέρ (= 'jenseits') particulam designare.

IX 11, 5 ἀποπνιγέντα δὲ ἐξήνεγκεν ὁ κλύδων ἐς τὴν ὑπὲρ Σάμου νῆσον (i. e. Icariam). ex Thebis, de quibus Pausanias hoc loco agit, ut Icariae situs sic definiatur, omnino fieri non potest; immo si haec verba cum loco VII 4, 1 comparaveris, descriptionem illic incohatam hic continuari intelleges: nam Samo Icariam traicienti soli Icaria ultra Samum est. idem iter atque Pausanias VII 4, 1 et IX 11, 5 Strabo quoque aut potius Artemidorus[25]) facit: XIV 1, 5 Didyma, 6 sq. Miletus, ante eam Lade, Tragaeae aliaeque insulae, 8 sq. Pyrrha, Heraclea, 10 Myus, 12 sq. Priene, Mycale mons, Trogilius promunturium cum insula obiecta eiusdem nominis, 14 ἀπὸ δὲ τῆς Τρωγιλίου (quod promunturium pars est montis Mycales) στάδιοι τετταράκοντα εἰς τὴν Σάμον, 19 παράκειται δὲ τῇ Σάμῳ νῆσος Ἰκαρία. deinde ad oram reversus hanc porro peragrat: 20 sqq. μετὰ δὲ τὸν Σάμιον πορθμὸν τὸν πρὸς Μυκάλῃ πλέουσιν εἰς Ἔφεσον ἐν δεξιᾷ ἐστιν ἡ Ἐφεσίων παραλία: Panionium, Ephesus, 27 sq. Colophon, 29 sq. Lebedus, Teos. — plane eadem ratione ὑπέρ particula cum acc. usurpata est apud Steph. Byz. s. v. Φαρμακοῦσσαι: Φ. δύο νῆσοι πλησίον Σαλαμῖνος. ἔστι καὶ ἄλλη ὑπὲρ Μίλητον: etiam Stephanus locum, ex quo Pharmacussae situm definit, appellare neglexit.

III 2, 1 ὁ δέ οἱ πρόγονος Πενθίλος Λέσβον τὴν ὑπὲρ τῆς ἠπείρου ταύτης (sc. Αἰολίδος) νῆσον εἷλεν. ex Laco-

[25]) Strabo cum Troadis oram (XIII 1, 10 sqq.) a septentrionibus ad meridiem explicet et hunc ordinem in Lycia ab occasu ad ortum descripta (XIV 3, 2 sqq.) apte continuet, postquam Aeolidis partem maximam eodem ordine quo Troadem persecutus est (XIII 1, 49 sqq.), subito loca marituma a Cyme ad Atarneum (XIII 3, 5) inverso ordine percenset auctorem nominans Artemidorum. qua de causa huic eum etiam oram Ionicam (XIV 1, 5 sqq.) et Caricam (XIV 2, 2 sqq.) item a meridie ad septentriones descriptam debere veri simillimum est.

nica, cuius res gestae hoc loco enarrantur, spectata Lesbos non ultra Aeolidem, sed citra est; itaque hic quoque aeque ac locis supra tractatis scriptor Lesbi situm significavit ut aliquis, qui per oram Asiae minoris ab austro ad aquilonem profectus Aeolide sive plene sive ex parte peragrata Lesbum transit.

X 9, 9 εἰσὶ δὲ οἵδε, Ἄρακος μὲν καὶ Ἐριάνθης, ὁ μὲν αὐτῶν ἐκ Λακεδαίμονος, ὁ δὲ Ἐριάνθης Βοιώτιος *** ὑπὲρ τοῦ Μίμαντος, ἐντεῦθεν μὲν Ἀστυκράτης, Χῖοι δὲ Κηφισοκλῆς καὶ Ἑρμόφαντός τε καὶ Ἱκέσιος. ad hunc locum annotant in editione critica SW: 'lacunam alii aliter explere conati sunt: Βοιώτιος· ἐκ δὲ τῶν ὑπὲρ τ. Μίμ. Sylb.; ἐξ Ἐρυθρῶν τῶν ὑπὲρ τοῦ Μίμ. K.; "mutilus locus vel legendum Γλίσαντος" Palm. Ms. omnes frustra'. nihilo minus equidem lacunam si non totam, at tamen ex parte explere posse mihi videor. Pausanias enim ut Araci et Erianthae nomina praemittit et verbis ὁ μὲν αὐτῶν — ὁ δὲ Ἐριάνθης iterat, ita postea patriarum nomina variandae nimirum orationis causa antecepta verbis ἐντεῦθεν μὲν — Χῖοι δέ sine dubio repetit. atque cum praeterea verbis Ἄρακος μέν cett. sententiam per particulam δέ respondere necesse sit, explemus: ἐκ δὲ Ἐρυθρῶν[26]) καὶ Χίου τῆς ὑπὲρ τοῦ Μίμαν-

[26]) Loco laudato statuae Delphos dedicatae Lacedaemoniorum sociorumque, qui pugnae ad Aegospotamos commissae interfuerant, afferuntur: primum Lacedaemonius et Boeotius (utpote ex Graeciae continentis civitatibus maximis), deinde post lacunam Asiae minoris Graeci, qui aeque atque Euboeenses per bellum a Decelea appellatum in Lacedaemoniorum partes transierant: Chii tres, Rhodii duo, Cnidius, Ephesius, Milesius, Myndius, Samius, tum Euboeensium Carystius et Eretriensis, tum ceterorum Graecorum ab occidente habitantium, qui iam prius Lacedaemoniorum socii facti erant: Corinthius, Troezenius, Epidaurius, Pellenensis, Hermionensis, Phocensis, Megarensis, Sicyonius, Ambraciotes, Corinthius iterum, Leucadius, Lacedaemonii denique duo. itaque cum Graecorum occidentalium civitas non desit tanta, ut prima in serie poni possit (cf. Thuc. VIII 3), manifesto de Asiae

τος, ἐντεῦθεν μὲν — Χῖοι δέ cett.; cf. VII 4, 1 Χίος ἡ ἀπαντικρὺ τοῦ Μίμαντος. — iam cum ex Delphis, quorum in periegesi haec verba inveniuntur, Chii situm ea ratione definitum esse incredibile sit, locus a me restitutus aptissime cum locis VII 4, 1 et IX 11, 5 componitur; neque enim Chium ultra Mimantem montem esse dicere potest nisi qui itinere a meridie ad septentriones per Ioniam usque ad Mimantem facto inde Chium traicit. cf. Strabonem aut potius Artemidorum[27]): XIV 1, 30 Teos, 31 isthmus paeninsulae Teiorum et Erythraeorum, 32 sqq. paeninsula ipsa: Corycus et Argennum promunturia (iam Erythrae hic nominandae fuerunt, sed extra ordinem iam antea [31] de eis dictum est et postea [34] rursus dicitur), deinde Mimas mons, Melaena promunturium, quod Mimantis est, 35 Chios, 36 sqq. descriptio continentis continuatur: Hypocremnus, Clazomenae, Smyrna. apud Plin. n. h. V 29 (31) sqq. in Ioniae et Aeolidis descriptione ordo idem est ab austro ad aquilonem atque apud Pausaniam et hic (X 9, 9) et locis supra allatis (VII 4, 1 IX 11, 5 III 2, 1), neque potest dubitari, quin Plinius etiam Samum, Icariam, Chium, Lesbum eodem modo quo Strabo aptis locis inserturus fuerit, nisi hae insulae iam alibi descriptae ab eo essent.

Iam si omnia haec exempla cum tabula geographica comparabis, viam, secundum quam singula Europae loca a Pausania perlustrata sunt, singulos sinus orae septentrionalis maris mediterranei sequentem in universum ab

civitate agitur, et quidem sine dubio de Erythris; nam Erythrae et Chios erant earum Asiae urbium, quae in tertia belli Peloponnesiaci parte ab Athenis primae defecerant (cf. Thuc. VIII 5; 6; 14); atque cum Chios usque ad pugnam apud Aegospotamos a Lacedaemoniorum partibus staret (cf. Xen. Hell. II 1, 1; 6; 10), Erythras quoque cum aliis de causis, tum quod e Chii regione sitae erant, illis temporibus earundem partium fuisse apertum est.

[27]) V. p. 15 adn. 25.

occasu ad orientem ferre invenies[28]), cum contra Asiae minoris loca[29]) ordine descripta sint tali, quali describere debet is, qui et Asiae et Africae loca marituma et insulas in universum ab occidente ad orientem secundum maris interni oram meridionalem et circa Asiae litus persequatur. atqui cum omnibus eis locis, quibus ὑπέρ cum gen. coniunctum exstat, exceptis I 35, 1 VII 4, 1 II 9, 2[30]), nec dilucide indicetur neque ex ipsa sententia concludi possit, unde situm alicuius regionis intellegi voluerit Pausanias, facere non possum, praesertim verbis eius comparatis cum aliorum geographorum, Strabonis maxime et Plinii, descriptionibus, quin hunc periegetam coniciam geographo quodam neglegenter usum esse, qui inde a columnis Herculeis oras maris interni, Propontidis, Ponti Euxini, lacus Maeotidis primum quidem septentrionales, deinde meridionales usque ad intimos sinus legens Europae, deinde Africae et Asiae terras, urbes, flumina, insulas usque ad Tanaim flumen, Europae nimirum Asiaeque finem, describeret. itaque cum scriptor viam ab auctore suo in locis recensendis electam suam faciat neque tamen quicquam de ea re significet, fit, ut viri docti de verborum eius notione tantopere dissentiant; nam, ut exempla aliquot afferam, in interpretatione sua Germanica Siebelisius locum IV 23, 5 sic vertit: 'Zakynthus, das Kephallenia gegenüber liegt'[31]), Schubartus autem VIII 54, 3 ita: '(der Alpheus) ergiesst sich oberhalb

---

[28]) I 30, 3 Celtae, Rhodanus (Eridanus), Ligures, IV 23, 5 Cephallenia, Zacynthus, II 9, 2 Patrae, Dyme, VIII 54, 3 Cyllene, Alphei ostium, I 35, 1 insula Patrocli, Sunium promunturium, Helene insula, IX 22, 6 Paros, Naxos.

[29]) VII 2, 4 — VII 4 et VII 5, 1 loca marituma a Mileto ad Smyrnam usque, VII 4, 1 Samos, Chios, ibidem Mycale, Samos, IX 11, 5 Samos, Icaria, X 9, 9 Mimas mons, Chios, III 2, 1 Aeolis, Lesbos.

[30]) Cf. tamen ad hunc locum supra p. 9 sq.

[31]) Cf. p. 478*: 'nicht "über" oder "jenseits" Kephallenia, wie andere'.

Kyllene ins Meer', idemque[32]) et W. Gurlittius[33]) ὑπέρ particulam locis VII 4, 1 IX 11, 5; 22, 6 significare putant alterum locum in alto superiorem esse altero; quorum hic quidem nostri sermonis locutionem 'hohe See' comparat.

Quod coniecimus, etiam ratione confirmatur, qua scriptor alia loca in Graeciae litore sita enumerat. quamquam enim in terra describenda suum singulorum finium ordinem habet: Attica, Megara, Argolis, Laconica, Messenia, Elis, Achaea, Arcadia, Boeotia, Phocis, Locris Ozolarum, tamen hac atque illac ab auctore, quem sequitur, adeo liberare sese non potest, ut contra ordinem ab ipso constitutum peccet. aliter explicari non possunt hi loci:

I 1, 1 sqq. Atticam describere coepit a Sunio promuntu-rio et inde recenset a dextra manu ad laevam, id quod universo Graeciae describendae ordini convenit, Laurium, Patrocli insulam, Phalerum, Piraeum; 1, 4 autem describendi ordinem invertit: Munychia, Phalerum, Colias promunturium, deinde Athenis descriptis c. 31 et 32, 3 — c. 35 pagi quidam Attici enumerantur, quorum series inde ab Halimunte in universum[34]) per litus Atticum[35]) circa Sunium usque ad

---

[32]) Zeitschr. f. d. Altertumswiss. 1851 p. 300.

[33]) 'Über Pausanias' p. 67.

[34]) Quod pagorum maritumorum ordo topographicus nonnumquam additis pagis mediterraneis est interruptus, Pausanias partim rationem habuisse videtur similitudinis, quae inter res singulorum pagorum memorabiles intercedebat. compositi enim in unum locum sunt Halimusii et Prospaltii, quod utrique Cereris et Proserpinae templum habent, Anagyrasii et Cephalenses propter illorum, ut videtur, venerationem Matris Deorum, quam eandem Magnam Deam nominari notum est, et horum cultum Castorum, quos Magnos Deos vocant; Prasiae simul et Lamptrae et Potami recensentur ob sepulcra Erysichthonis, Cranai, Ionis, Phlyenses autem cum Myrrhinusiis et Athmonensibus ob venerationem Dianae Luciferae, Colaenidis, Amarysiae, cum Acharnae insertae esse videantur utpote Athmonensibus vicinae.

[35]) Cf. I 33, 2.

Rhamnuntem tenditur, denique Oropus[36]). — I 1, 1 insulam Patrocli memorat a Sunio promunturio ad occasum progressus: I 35, 1 ordo est inversus: insula Patrocli et ultra Sunium ex sinu Saronico naviganti Helene insula. — urbes Epidaurum (II 29, 1) et Troezena (II 31, 1 sqq.) scriptor ordine solito enumerat; insulae tamen Argolicae Sphaeria et Calauria et paeninsula Methana (II 33, 1 sqq.) ab austro ad aquilonem sunt allatae. — II 34, 8 sqq. litus et obiectas insulas a promunturio Scyllaeo ad Hermionem usque, id quod ad constitutum ordinem quadraret, describere vult Pausanias; re vera autem descriptio ad alteram litoris Hermionensis partem pertinet; neque enim incipit a Scyllaeo, sed ab altero litoris fine Scyllaeo opposito, qui ad occidentem spectat, nec ab oriente ad occidentem, sed permutato ordine procedit[37]). — II 36, 4 sqq. Pausanias in sinu Argolico a dextra ad laevam (si quis tabulam geographicam inspicit) commemorat Asinen, deinde, sacrorum et rivorum (velut Phrixi), quae iter Argis facienti se offerunt, mentione facta, Lernam: sed II 38, 1 sqq. ordine inverso oram describit eo consilio, ut trans Phrixum rivum iam antea nominatum reversus Temenium et Naupliam oppida ante praetermissa suppleat[38]). — III 24, 6 sqq. a Gythio per Lan, Pyrrhichum, Teuthronen ab aquilone ad austrum circa Taenarum promunturium se confert, duos autem portus ab orientali et occidentali Taenari parte sitos contrario ordine dicit III 25, 4: Τευθρώνης δὲ ἀπέχει πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους — Ταίναρον καὶ λιμένες ὅ τε Ἀχίλλειός ἐστι καὶ Ψαμαθοῦς[39]). — V 5, 3 ἰόντι δὲ ἀπὸ τῆς Ἠλείας χωρίον ἐστὶν ἐπὶ θάλασσαν καθῆκον, ὃ ὀνομάζεται μὲν Σαμικόν, ἐν δεξιᾷ δὲ ὑπὲρ αὐτὸ ἥτε Τριφυλία καλουμένη opposito ordine

---

[36]) Cf. Strab. IX 1, 21 sq.

[37]) Cf. H. G. Lollingii 'Der hermioneische Archipel', Ath. Mitt. IV (1879) p. 107 sqq., A. Kalkmanni 'Paus. d. Perieg.' p. 181.

[38]) Cf. Kalkm. l. c. p. 181 sq.

[39]) Cf. Ps. Scyl. 46.

auctoris, quem sequitur periegeta, factum est, ut ipsa eius periegesis confunderetur: quem cum ex ratione ceterae Peloponnesi descriptae e Messenia Triphyliam ingredi oporteret, fontis sui, ut suspicor, verba ἐν ἀριστερᾷ in ἐν δεξιᾷ commutavit, sed verba ἀπὸ τῆς Ἠλείας convertere neglexit; item in eadem paragrapho tres a septentrionibus Lepreum ferentes vias describit, quasi a septentrionibus veniat[40]. — Boeotiae litus meridionale Pausanias (IX 32, 1 sqq.) ab oriente ad occidentem exponere videtur; nam dicit: πλοῦς δὲ ἐς Κρεῦσίν ἐστιν ἐκ Πελοποννήσου σκολιός τε καὶ ἄλλως οὐκ εὔδιος. — πλέοντι δὲ ἐκ Κρεύσιδος οὐ πελαγίῳ, παρὰ δὲ αὐτὴν Βοιωτίαν, πόλις ἐστὶν ἐν δεξιᾷ Θίσβη. — παραπλέοντι δὲ αὐτόθεν πόλισμά ἐστιν οὐ μέγα ἐπὶ θαλάσσῃ Τίφα. at quamquam fontis verba ἐκ Κρεύσιδος ἐς Πελοπόννησον et ἐν ἀριστερᾷ recte commutata sunt, tamen ordo urbium falsus est[41]: Thisbe enim et Tipha in ora Boeotorum ab occidente ad orientem potius sitae sunt optimeque continuant Anticyrae et Bulidis, urbium maritumarum Phocensium, ordinem ad orientem conversum[42]; nam si Thisbe non ab occidente propior fuisset quam Tipha, non quot stadiis a Thisbe, sed a Tipha Bulis distaret, dixisset scriptor (X 37, 2).

Hi igitur loci Pausaniam demonstrant, ut litorum Graecorum periegesin (nam hanc solam dico) conficeret, auctore usum esse eo, qui oram Graeciae maritumam a laeva manu in universum ad dextram exponeret, confirmantque id, quod supra (p. 17 sq.) ex particulae ὑπέρ cum gen. coniunctae usu de fonte conclusimus, unde ea, quae (loco I 35, 1 excepto) de locorum maritumorum et Graeciae et aliarum terrarum situ in transcursu dixit, fluxisse viderentur.

---

40) Cf. Kalkm. l. c. p. 180.

41) Cf. Kalkm. l. c. p. 182, 1.

42) Cf. X 36, 5 sqq. et 37, 1 sqq. et in primis 37, 3 κεῖται δὲ ἐπὶ ὑψηλοῦ τε ἡ Βοῦλις καὶ ἐν παράπλῳ περαιουμένοις ἐξ Ἀντικύρας ἐς Λέχαιον τὸ Κορινθίων.

atque nunc etiam perspicimus Pausaniam III 22, 1 sqq. veritum, ne totam Laconicae periegesin confunderet, eam non a Cynuria incepisse, sed ex Gythio omnia loca marituma orientalis Laconicae partis circa Maleam promunturium usque ad Brasias descripsisse, ut hac ratione magnam fontis sui partem sine ulla difficultate in opus suum transferre posset.

Quis autem erat ille fons? Artemidorum fuisse conicio, quem a Pausania usurpatum esse aliam investigandi viam ingressus iam vidit A. Enmannus [43]). nam Artemidorum et Europae et Libyae, Aegypti, Asiae descriptionem ab Herculeis columnis exorsum ab utraque parte ad Tanaim, Europae Asiaeque finem, peregisse veri simillimum est [44]). huc accedit, quod Strabo et Plinius, quos ab Artemidoro pendere notum est, mirum in modum in ordine loca marituma et insulas percensendi, ut supra ostendimus, cum Pausania consentiunt; in primis autem mihi argumento sunt duo Strabonis loci X 5, 3, ubi Artemidori ipsius verba nobis sunt tradita [45]), et XIV 1, 5 sqq., ubi Strabo locorum ordinem Artemidoro sine dubio debet [46]). postremo quod apud Pausaniam V 5, 9 in Triphyliae periegesi maxime confusa [47]) ἀνὴρ ille Ἐφέσιος, qui ut antiqui nominis Acidantis in Anigrum influentis testis laudatur, Artemidorus Ephesius ipse detracta persona ab Enmanno l. l. agnitus est, nonne hoc tamquam digito Pausaniam monstrat claro huic geographo non solum totam Anigri fluminis descriptionem, quam iam Enmannus Strabone collato Artemidoro vindicavit, sed etiam totam Triphyliae orae periegesin debere, nisi quod confusio, quae in ea exstat,

---

[43]) 'Geograph. Homerstud. im Paus.' Fleckeis. Jahrb. 129 (1884) p. 510 sqq.; cf. Kalkm. l. c. p. 159 sqq.

[44]) Cf. R. Stiehlii 'Der Geogr. Artemid. v. Ephes.' Philol. XI (1856) p. 193 sqq.

[45]) Cf. supra p. 11 sq. adnotata ad Paus. IX 22, 6.

[46]) Cf. supra p. 15 adnotata ad Paus. IX 11, 5.

[47]) V. quod p. 20 sq. de Paus. V 5, 3 dixi.

Pausaniae ipsi attribuenda est? sed haec singillatim persequi longum est.

Restant exempla haec:

IX 23, 2 ὁ μὲν δὴ ὡς εἶχε κατακλίνεται βραχὺ ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ. 'ein wenig über dem Wege drüben', non longe a via.

IX 3, 9 ὑπὲρ δὲ τῆς κορυφῆς, ἐφ' ᾗ τὸν βωμὸν ποιοῦνται, πέντε που μάλιστα καὶ δέκα ὑποκαταβάντι σταδίους νυμφῶν ἐστὶν ἄντρον Κιθαιρωνίδων, Σφραγίδιον μὲν ὀνομαζόμενον. sic in codicibus traditum et ab Amasaeo quoque lectum est. neque recte fecerunt Dindorfius et Schubartus, quod coniecturam Bekkeri ὑπὸ τῆς κορυφῆς in ordinem receperunt. haec enim ὑπό praepositionis cum gen. usurpandae ratio in Pausania vix videtur ferenda esse[48]). verba autem

[48]) Ὑπό cum gen. locali sensu a scriptore quattuor tantum locis I 38, 1 II 24, 4 VII 2, 11 VIII 37, 6 coniunctum reperitur, quorum I 38, 1 et II 24, 4 omni dubitatione carent, cum locutio ὑπὸ γῆς usitata sit. sed quoniam, exceptis locutionibus ὑπὸ γῆς (cf. F. Krebsii 'Die Präposit. b. Polyb.' in M. Schanzii 'Beiträge z. hist. Synt. d. griech. Spr.' I p. 47) et ὑπὸ μάλης (Xen. Hell. II 3, 23, Lys. frg. 54; cf. L. Lutzii 'Die Präp. b. d. att. Redn.' Gymn. Prog. Neustadt a. d. H. 1887 p. 178), ὑπό cum gen. admodum raro usurpatur in sermone pedestri (v. K. W. Kruegeri 'Griech. Sprachlehre'[5] I § 68, 43 adn. 1), locos VII 2, 11 et VIII 37, 6 coniectando corrigere eo minus dubito, quo facilius id fieri potest. itaque VII 2, 11 pro Ἀταρνείτας — τοὺς ὑπὸ Περγάμου scribo ὑπὸ Περγάμῳ (cf. IV 36, 7 πηγὴ ὑπὸ τῇ πόλει πλησίον θαλάσσης ἐστί. VIII 14, 1 IX 24, 5) vel ὑπὸ Πέργαμον (cf. VII 27, 4 πηγαί σφισιν ὑπὸ τὴν πόλιν εἰσίν. I 28, 3 VIII 13, 3). — VIII 37, 6 autem malim τὰ δὲ ἐς Κούρητας, οὗτοι γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀγαλμάτων πεποίηνται, καὶ τὰ ἐς Κορύβαντας ἐπειργασμένους ἐπὶ τοῦ βάθρου — τὰ ἐς τούτους παρίημι ἐπιστάμενος quam ὑπὸ τῶν ἀγαλμάτων scribi. nam si Curetas figuras ex scabello elevatas cogitamus (cf. Siebelisii adn. ad h. l.), verba parum diligenter dicta sunt, verbum autem πεποίηνται collatum cum ἐπειργασμένους multo magis ut de signis rotundis cogitemus suadet. quare summo in solii adminiculo averso Curetas stetisse existimamus supra Cererem et Despoenam solio insidentes, aeque ac III 18, 14 ἀνωτάτω χορὸς (Magnetum) ἐπὶ τῷ θρόνῳ (Apollinis Amyclaei) πεποίηται aut V 11, 7 ἐπὶ τοῖς ἀνωτάτω τοῦ θρόνου (Iovis

qualia in codicibus exstant, breviter sunt dicta pro pleniore elocutione, quam VIII 54, 7 legimus: ὑπερβαλόντι δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους (sc. Παρθενίου) ἔστιν ἐν τοῖς ἤδη γεωργουμένοις Τεγεατῶν ὅρος καὶ Ἀργείων. Pausanias vero eos, qui diebus festis, quae Daedala vocabantur, intersunt, ab Asopo flumine (i. e. a septentrionibus) in Cithaeronis verticem ipse quodammodo secutus, postquam sacra facientes vidit, ultra verticem (i. e. altera parte) circiter quindecim stadia descendit Sphragidiumque antrum visit; quod quidem auctore Plutarcho (Arist. 11) a Cithaeronis cacumine occidentem versus erat.

VIII 35, 10 ὑπὲρ τούτου δὲ (sc. τοῦ ὄρους Φαλάνθου) πεδίον τέ ἐστι Πώλου καλούμενον καὶ μετ' αὐτὸ Σχοινοῦς. sic Pacd La, contra ὑπὸ τούτου Vab M Ag Lb. ὑπὲρ τούτου cum Sieb. SW. Dind. Schub. in textum recipiendum ducimus, primum quia inter meliores codices La potissimum hanc lectionem praebet et Amasaeus quoque ita legit, deinde quia Va et M etiam VII 1, 2 ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς in ὑπὸ τῆς ἀ. et X 12, 1 ὑπὲρ τῆς γῆς in ὑπὸ τῆς γ. perperam mutatum exhibent, denique quia localis ὑπό praepositionis cum gen. coniunctae usus apud Pausaniam rarissimus est (cf. p. 23 adn. 48). periegetae Tricolonis Methydrium iter facienti cum alia loca se offerunt, tum Anemosa, Phalanthum mons, in eo (ἐν αὐτῷ) urbis cognominis reliquiae, ultra id (ὑπὲρ τούτου) πεδίον τέ ἐστι Πώλου καλούμενον καὶ μετ' αὐτὸ Σχοινοῦς; nam ambo loca particulis τε — καί inter se conexa

---

Olympii) πεποίηκεν ὁ Φειδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος τοῦτο μὲν Χάριτας, τοῦτο δὲ Ὥρας, τρεῖς ἑκατέρας (v. infra cap. alter. II B fin.) aut I 40, 4 ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός εἰσιν Ὧραι καὶ Μοῖραι (v. infra cap. prim. II B fin.) aut IX 35, 6 Σμυρναίοις ἐν τῷ ἱερῷ τῶν Νεμέσεων ὑπὲρ τῶν ἀγαλμάτων χρυσοῦ Χάριτες ἀνάκεινται (v. l. c.). e throni Cereris Despoenaeque reliquiis, quae quidem nuper detectae sint (cf. Ἀρχ. Δελτ. 1889 p. 161 sqq. et 170), nondum quicquam aut ad stabiliendam coniecturam meam aut ad reiciendam concludi potest.

sunt et Schoenunta constat trans Phalanthum fuisse[49]). cf. antecedentem locum IX 3, 9, Xen. an. I 10, 14 τὰ ὑπὲρ τοῦ λόφου.

B. locus denotatur, supra quem aliquid aut positum est aut fit. itaque ὑπέρ cum gen. respondet nostro 'über' vel 'oberhalb', refertur autem ad verba, quae aliquid alicubi indicant

a. esse:

εἶναι: I 40, 4 II 25, 3; 25, 10; 32, 3 III 22, 2 V 12, 4 (? locus corruptus; cf. p. 40, adn. 92) VI 21, 3 VIII 10, 1; 12, 2 IX 19, 3 X 22, 1; 38, 6; 38, 8; εἶναι (καθεζόμενον): X 29, 7; 30, 9; (κείμενον): X 33, 6; (πεφυκός): VIII 19, 2; (ἀφαιρούμενον med.): V 10, 9; ἑστηκέναι: X 25, 4; ἀντικαθῆσθαι: IX 13, 3; κεῖσθαι: VIII 35, 7; ἀνακεῖσθαι: II 21, 4 VI 19, 13 IX 35, 6; κρέμασθαι: X 27, 3; πεποιῆσθαι: V 10, 9 VIII 32, 3; 37, 6 (cf. p. 44); οἰκισθῆναι: I 38, 9; verbum quiescendi subaudiri necesse est: I 5, 5; 10, 4; 24, 6; 26, 7; 33, 4; 41, 8 II 1, 6; 4, 4 V 1, 5; 5, 9; 7, 4; 12, 6; 13, 3; 18, 7; 19, 4; 25, 3 VI 22, 6; 23, 6; 26, 2 VII 16, 1; 18, 8 VIII 4, 9; 9, 7; 44, 5 IX 18, 4 X 8, 8; 12, 9; 22, 8; 25, 10; 32, 4; 32, 13; 36, 1;

b. fieri:

ἀνιέναι: II 5, 3; περιθεῖν: V 10, 5; ἔχειν: II 27, 2 X 29, 8; 37, 1; ἱστάναι: IX 37, 6; δεικνύναι: III 19, 7.

---

[49]) V. E. Curtius 'Peloponnesos' I p. 308, C. Bursian. 'Geograph. v. Griech.' II p. 230.

Exempla.

II 25, 3 ὑπὲρ δὲ τῆς Οἰνόης ὄρος ἐστὶν Ἀρτεμίσιον. cf. Curtium l. c. II p. 414 sq., Bursian. l. c. II p. 64.

II 25, 10 ἔστι δὲ ὄρος ὑπὲρ τῆς Λήσσης τὸ Ἀραχναῖον. cf. Curt. l. c. II p. 418, Burs. l. c. II p. 62.

IX 19, 3 ὑπὲρ δὲ Γλισᾶντός ἐστιν ὄρος Ὕπατος καλούμενον. cf. H. N. Ulrichsii 'Reisen u. Forsch. i. Griech.' II p. 25 sqq., Bursian. l. c. I p. 216.

X 22, 8 ἀτραπός ἐστι διὰ τοῦ ὄρους τῆς Οἴτης μία μὲν ἡ ὑπὲρ Τραχῖνος, ἀπότομός τε τὰ πλείω καὶ ὄρθιος δεινῶς. hic trames μετ' αὐτὰ τὰ ἐρείπια ('dicht hinter den Ruinen') τὰ Τραχῖνος (X 22, 1), quae urbs erat sub Oetae radicibus, in huius montis iugum sursum tendebat; quod cum per tempus aliquod secutus esset, ab orientali Thermopylarum parte ad oram maritumam descendebat. cf. Burs. l. c. I p. 94 sq.

X 22, 1 ἀτραπὸς — μετ' αὐτὰ τὰ ἐρείπια ἀνήκει τὰ Τραχῖνος · ἦν δὲ καὶ ἱερὸν Ἀθηνᾶς τότε ὑπὲρ τῆς πόλεως[50]) Τραχινίδος. Minervae Trachinidis, quae vocabatur, aedem supra Trachinem exstructam fuisse inde intellegitur, quod eam non procul fuisse ab ea via, quae ὑπὲρ Τραχῖνος esse dicitur (X 22, 8), ex ipso Pausania concludi potest.

II 1, 6 Βριάρεων δὲ διαλλακτὴν γενέσθαι σφίσιν, Ἰσθμὸν μὲν καὶ ὅσα ταύτῃ δικάσαντα εἶναι Ποσειδῶνος, τὴν δὲ ἄκραν Ἡλίῳ δόντα τὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως (Corinthi), i. e. Acrocorinthum. cf. II 4, 6, Curt. l. c. II p. 523 sq., Burs. l. c. II p. 9 sq.

VIII 44, 5 τῷ λόφῳ δὲ τῷ ὑπὲρ τῆς πόλεως (Pallantii) ὅσα ἀκροπόλει τὸ ἀρχαῖον ἐχρῶντο. cf. Curt. l. c. I p. 263, Burs. l. c. II p. 223 sq.

VIII 12, 2 προελθόντι δὲ σταδίους τριάκοντα πεδίον τε

---

[50]) Hoc enim vocabulum excidisse SW. et Sch. iure suspicantur Τραχινίδος pro cognomine Minervae habentes.

ὀνομαζόμενον Ἀλκιμέδων καὶ ὑπὲρ τοῦ πεδίου τὸ ὄρος ἐστὶν ἡ Ὀστρακίνα. cf. Curt. l. c. I p. 242 sq., Burs. l. c. II p. 207; 214.

VIII 35, 7 ἐρείπια δὲ πόλεων καὶ ἄλλα, Θυραίου μὲν σταδίοις πέντε ἀπωτέρω Παρωρίας καὶ δέκα, τὰ δὲ Ὑψοῦντός ἐστιν ἐν ὄρει κειμένῳ μὲν ὑπὲρ τοῦ πεδίου, καλουμένῳ δὲ Ὑψοῦντι [51]).

I 38, 9 δήλη δὲ τούτοις (sc. τοῖς ἐρειπίοις) ἐστὶ πόλις (sc. Ἐλευθεραὶ) ὀλίγον ὑπὲρ τοῦ πεδίου πρὸς τῷ Κιθαιρῶνι οἰκισθεῖσα. cf. Burs. l. c. I p. 249 sq., W. Vischerus 'Erinnerung. u. Eindr. a. Griech.' [2] p. 531 sqq.

III 22, 2 Διονύσου δὲ ὄρος ἱερὸν Λαρύσιον καλούμενόν ἐστιν ὑπὲρ τοῦ Μιγωνίου (i. e. supra oram Cranaae insulae adversam). cf. Curt. l. c. II p. 269 sq., Burs. l. c. II p. 145.

IX 13, 3 Ἐπαμεινώνδας — ἀντεκάθητο ὑπὲρ τῆς Κηφισίδος λίμνης ὡς ποιησομένων ταύτῃ Πελοποννησίων τὴν ἐσβολήν. Epaminondas τὰ περὶ τὴν Κορώνειαν στενά (Diod. XV 52) occupaverat, i. e. montes supra paludem Copaidem

---

[51]) Curtius l. c. I p. 307 sq. et Bursianus l. c. II p. 231 ex coniectura Hypsuntem montem et urbem circa recentem vicum, qui 'Stemnitza' appellatur, posuerunt. sed hi quidem articulum τοῦ ante πεδίου parum respexisse videntur, quem ad aliquid antecedens referendum esse apparet; iam vero cum de campo aliquo inter Thyraeum et Hypsuntem sito cogitari non possit propterea, quia tota haec regio montuosa est (ἡ δὲ Θυραίου τε καὶ Ὑψοῦντος μεταξὺ ὀρεινὴ πᾶσά ἐστι καὶ θηριώδης), planities Megalopolitana intellegenda est. nam haec ei peragranda est, qui Messenen (VIII 34, 1 sqq.), qui Carnasium (35, 1 sq.), qui Lacedaemonem (35, 3 sq.), qui in Arcadiam interiorem aut Methydrium (35, 5 sqq.) aut Maenalum (36, 5 sqq.) proficisci vult. itaque Hypsus urbs non tam in interioribus montibus Arcadiae quam supra planitiem Megalopolitanam in extremo angulo, qui inter septentriones et occidentem est, indaganda esse mihi videtur, quo Pausanias a Tricolonis per septentrionalem planitiei marginem deverticulo usus rectam viam Methydrium facere pergit; cf. I 38, 8 ἐν τούτῳ τῷ πεδίῳ, i. e. in ea planitie, per quam Eleusine Eleutheras iter ducit: quod cogitatione supplendum est.

sitos, qui angustiis in interiorem Boeotiam ducentibus imminent, non solum viam inter Tilphossium montem et paludem a Coronea Thebas ducentem[52]), sed etiam angustias inter Libethrium et Tilphossium a Coronea Thespias ferentes[53]).

VIII 10, 1 ὑπὲρ δὲ τοῦ σταδίου τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Ἀλήσιον. cf. Curt. l. l. II p. 240, Burs. l. l. II p. 215.

II 32, 3 κατὰ δὲ τὸ ἕτερον τοῦ περιβόλου μέρος στάδιόν ἐστιν Ἱππολύτου καλούμενον, καὶ ναὸς ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀφροδίτης Κατασκοπίας. locus, quem Veneris templum occupabat, superior erat stadio. et invenitur a stadio, quod ex parte servatum est, orientem versus spatium quoddam, unde illud conspici poterat. cf. Curt. l. c. II p. 435 sq., Burs. l. c. II p. 88.

I 33, 4 Αἰθιόπων — τῶν ὑπὲρ Συήνης; VI 26, 2 Αἰθίοπες οἱ ὑπὲρ Συήνης; V 7, 4 ὅσοι — ἐς Αἰθιοπίαν τὴν ὑπὲρ Συήνης καὶ ἐς Μερόην Αἰθιόπων πόλιν ἀναβεβήκασι: supra Syenen, quae meridionalem Aegypti limitem ad Aethiopiam versus efficiebat (Strab. XVII 1, 48), Aethiopes sedebant utpote a mari remotiores propioresque Nili fontibus. quo sensu apud Herodotum (lib. II) et Strabonem (lib. XVII) in Aegypto et Aethiopia describendis saepe ἄνω et ὑπέρ voces adhibentur. cf. Herod. II 29 οἰκέουσι δὲ τὰ ἀπὸ Ἐλεφαντίνης ἄνω Αἰθίοπες; II 146 ἐς Νύσην τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου ἐοῦσαν ἐν τῇ Αἰθιοπίῃ; VII 69 Αἰθιόπων τῶν ὑπὲρ Αἰγύπτου οἰκημένων; Thuc. II 48 ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου; Strab. XVII 1, 53 οἱ ὑπὲρ Συήνης Αἰθίοπες; Kieperti 'Lehrb. d. alt. Geogr.' p. 204 sqq.

II 5, 3 τὸν Νεῖλον — Εὐφράτην ὄντα ἐς ἕλος ἀφανίζεσθαι καὶ αὖθις ἀνιόντα ὑπὲρ Αἰθιοπίας Νεῖλον γίνεσθαι.

---

[52]) Cf. Ulrichs. 'Reis. u. Forsch.' II p. 106, 10, Burs. l. c. I p. 234.

[53]) Cf. K. O. Mueller. 'Orchom. u. d. Minyer'[2] p. 63 sq., Burs. l. c. I p. 236.

terram, in qua Nilus oritur, supra eam esse, per quam postea fluit, pér se patet. cf. similes locos praecedentes.

X 12, 9 ἐπετράφη δὲ καὶ ὕστερον τῆς Δημοῦς παρὰ Ἑβραίοις τοῖς ὑπὲρ τῆς Παλαιστίνης γυνὴ χρησμολόγος, ὄνομα δὲ αὐτῇ Σάββη. Hebraeos[54]) Pausanias intellegit Iudaeorum terram montibus completam[55]), quae, etsi in ora marituma Ioppen urbem (IV 35, 9) complectitur, magna ex parte secundum Iordanem fluvium per mediterranea extenditur (V 7, 4 sq. VIII 16, 5). hos igitur homines ὑπὲρ τῆς Παλαιστίνης, id est 'supra Palaestinam', habitare tradit. nam Herodoto I 105 cum Pausania I 14, 7, qui locus ex Herodoto fluxit[56]), collato manifestum est eo loco, quem nunc tractamus, τὴν Παλαιστίνην eandem esse ac τὴν Παλαιστίνην Συρίαν, quae terra sub Hebraeorum montibus per maris Phoenicii oram inde a Phoenicibus ad Aegyptios (Herod. III 5; Plin. n. h. V 12 [13; 14]) extenditur atque ipsam etiam oram Phoeniciam comprehendit (Herod. VII 89); cf. Kiepert. l. c. p. 171[57]). similiter apud Strabonem (XVI 2, 21), qui totam ab Orthosia ad Pelusium usque oram Phoeniciam dicit, legitur: ἡ δ'ὑπὲρ ταύτης (sc. Φοινίκης) μεσόγαια μέχρι Ἀράβων ἡ μεταξὺ Γάζης καὶ Ἀντιλιβάνου Ἰουδαία λέγεται.

I 5, 5 Ἑβραίους δὲ τοὺς ὑπὲρ Σύρων ἐχειρώσατο (sc. Ἀδριανὸς) ἀποστάντας. vocabulo Σύροι a scriptore Syros Palaestinenses vel Philistaeos significari probat locus prior.

X 36, 1 Γαλάται δὲ οἱ ὑπὲρ Φρυγίας, i. e. Phrygiae maioris[58]). montuosa et ad ortum versus a Phrygia maiore

---

54) Ἑβραίων ἡ γῆ IV 35, 9 V 7, 4 VIII 16, 4; ἡ Ἑβραίων χώρα VI 24, 8.

55) Cf. Kiepert. l. c. p. 172; 174.

56) Cf. C. Wernickii 'De Pausan. Perieg. studiis Herodoteis' p. 42.

57) Itaque haud recte Gurlittius 'Über Paus.' p. 62 periegetam contendit Iudaeorum terram Συρίαν Παλαιστίνην appellare.

58) Nam cf. II 5, 3 Μαίανδρον γὰρ κατιόντα ἐκ Κελαινῶν διὰ Φρυγίας καὶ Καρίας. Phrygia minor proprie I 29, 10 significatur: τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας.

sita Galatia[59]) superior erat Phrygia, quae mari Aegaeo propior erat. cf. Plin. n. h. V 32 (42): 'simul dicendum videtur et de Galatia, quae superposita (sc. Phrygiae antea descriptae) agros maiore ex parte Phrygiae tenet'.

Postquam periegeta de foetida aqua Anigri fluvii huiusque indolis causa dixit, pergit V 5, 9 καὶ τοῖς ὑπὲρ Ἰωνίας ἐστὶν ὕδασι τὸ αὐτὸ αἴτιον, ὁπόσων ἡ ἀτμὶς ὀλέθριός ἐστιν ἀνθρώπῳ. intellegendi sunt fontes, fluvii paludesque sulphur exhalantes, qui in mediterraneis Lydiae Cariaeque partibus et in Phrygia non deerant[60]). cum vero hae aquae a mari longius distarent, dici poterant supra litus Ionium esse. aquam Lyci, Phrygiae amnis (hodie 'Tchoruk Su', fortasse 'Stinkfluss'), etiam nunc sulphureum odorem exspirare E. Fabricius, praeceptor meus, comiter mecum communicavit.

V 12, 6 οὗτος προσεκτήσατο ὁ βασιλεὺς (sc. Τραϊανὸς) Γέτας τοὺς ὑπὲρ Θρᾴκης[61]). Γέται apud Pausaniam Δακοί[62]) illi a Traiano subacti[63]) intelleguntur; qui, quoniam a septentrionali Thraciae parte Istri inferioris campum et montes ab utraque ripa obtinebant ideoque a mari Aegaeo, quod Thraciam adluit, longius recedebant, ut supra Thraces siti significantur[64]). similiter Xen. an. II 6, 2 τοῖς ὑπὲρ Χερρονήσου καὶ Περίνθου Θρᾳξίν; VII 5, 1 τοὺς ὑπὲρ Βυζαντίου Θρᾷκας.

I 24, 6 Ἀριμασποῖς τοῖς ὑπὲρ Ἰσσηδόνων. cf. Herod. IV 13, unde locus Pausaniae fluxit[65]): Ἰσσηδόνων δὲ ὑπερ-

[59]) Cf. Kiepert. l. l. p. 101 sq., Lollingii 'Hellen. Landeskunde u. Topogr.' in Iw. Muelleri 'Handb. d. klass. Altert.' III p. 271.
[60]) Cf. Strab. XII 8, 17—19; 21.
[61]) θράκης ex θρᾶκας correctum Lb, θρᾶκας Ag.
[62]) V. Dion. Cass. 67, 6.
[63]) V. ibid. 68, 6 sqq.
[64]) Cf. Dion. Cass. 51, 22, Kiep. l. c. p. 335; 333.
[65]) V. Wernickium l. l. p. 82.

οἰκέειν Ἀριμασποὺς ἄνδρας μουνοφθάλμους, ὑπὲρ δὲ τούτων τοὺς χρυσοφύλακας γρῦπας, τούτων δὲ τοὺς Ὑπερβορέους. Arimasporum terra per altiorem regionem patebat quam Issedonum, quod hi propiores Ponto Euxino et Maeotidi lacui erant; cf. Paus. I 31, 2; Herod. IV 17 sqq., ubi situs multarum gentium, quae a septentrionali Ponti Euxini et Maeotidis lacus latere habitabant, eodem modo describuntur; Plin. n. h. IV 12 (26). egregiam ὑπέρ praepositionis nostro loco adhibitae explicationem praebet Stephanus Byz. s. v. Ὑπερβόρεοι: ἄνω Σκυθῶν Ἰσσηδόνας οἰκεῖν, τούτων δ' ἀνωτέρω Ἀριμασπούς, ἄνω δ' Ἀριμασπῶν τὰ Ῥίπαια ὄρη.

X 38, 8 τούτων δὲ τῶν Λοκρῶν τοσαίδε ἄλλαι πόλεις εἰσίν, ἄνω μὲν ὑπὲρ Ἀμφίσσης πρὸς ἤπειρον Μυωνία, σταδίοις ἀπωτέρω τριάκοντα Ἀμφίσσης. Myonia urbs in declivibus partibus Parnasi montis erat, a mari ea quidem remotior quam Amphissa ideoque superiore loco sita; quod apparet cum ex verbis ἄνω — πρὸς ἤπειρον, tum ex § 9, ubi Myanes supra Amphissam habitantes opponuntur aliis Locridis incolis, qui ad mare, i. e. infra Amphissam sedebant: οὗτοι (sc. οἱ Μυᾶνες) μὲν δὴ ὑπεροικοῦσιν Ἀμφίσσης· ἐπὶ θαλάσσης δὲ Οἰάνθεια καὶ ταύτῃ ὁμοροῦσά ἐστι Ναύπακτος. cf. Burs. l. c. I p. 152. similiter Xen. an. VII 5, 15 κατηυλίσθησαν δ' ἐν τῷ πεδίῳ ὑπὲρ Σηλυβρίας ὅσον τριάκοντα σταδίους ἀπέχοντες τῆς θαλάσσης.

VI 23, 6 αὐτὸν — γένος μὲν Ἀλεξανδρέα εἶναι τῆς ὑπὲρ Φάρου τῆς νήσου. Alexandria non magis 'trans Pharum'[66]) est quam Marea[67]), sed potius supra Pharum; nam insulae in mari sitae opponitur urbs in continenti sita; ratio igitur est eadem, quae intercedit inter Syenen mari propiorem et Aethiopiam a mari longius distantem[68]) vel inter Antirrhodum insulam et theatrum Alexandriae in litore

[66]) Cf. ed. Schubartian. ind. s. v. Alexandria.

[67]) V. Thuc. I 104 ἐκ Μαρείας τῆς ὑπὲρ Φάρου πόλεως.

[68]) Cf. locos supra tractatos I 33, 4 VI 26, 2 V 7, 4.

situm[69]). cf. Kiep. l. l. p. 197, eiusdem 'Atl. antiqu.' tab. III, Lolling. l. c. p. 278.

VI 22, 6 Πυλίων — τῶν ὑπὲρ νήσου τῆς Σφακτηρίας. Pylus sita est in Coryphasio promunturio (Paus. IV 36, 1), quod octingentis pedibus mare superans[70]) Sphacteriae insulae obversae imminet; cf. Curt. l. l. II p. 173: 'und so (ist) die Insel oberhalb Sphakteria zum Vorgebirge (sc. Coryphasium) geworden'; Burs. l. c. II p. 175 sqq. similiter dicit Strabo XIII 1, 68 αὕτη δὲ (sc. ἡ Καναία) μέχρι τῶν Ἀργινουσσῶν διήκει καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας.

VII 18, 8 ἐς τὴν Νικόπολιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου. Nicopolis in collibus aedificata est, cum Actium urbi adversum humilis sit Acarnaniae lingua alluvione nata, cuius templum — Apollinis Actii nimirum dico — in colle manu aggerato exstructum esse videtur; cf. Burs. l. c. I p. 31 sqq.; 114; Lolling. l. c. p. 144; 157. legimus autem X 8, 3 Νικοπολίταις τοῖς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ, V 23, 3 Ἀνακτορίους — ἐπηγάγετο ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐς Νικοπόλεως συνοικισμὸν πρὸς τῷ Ἀκτίῳ.

I 41, 8 Δαύλιδος ἦρχε τῆς ὑπὲρ Χαιρωνείας. Chaeronea in planitie inferioris Cephisi posita est, Daulis autem in declivibus Parnasi partibus et in via, qua ex Chaeronea per Panopeum Delphos ascenditur. cf. Paus. X 35, 5; 4, 1 sqq., Ulrichsii 'Reis. u. Forsch.' I p. 147 sqq., Burs. l. c. I p. 167 sq.; 205 sq. similiter Pausanias ait IX 39, 1 τὰ μὲν δὴ πρὸς τῶν ὀρῶν Φωκεῖς ὑπεροικοῦσιν Ὀρχομενίων, ἐν δὲ τῷ πεδίῳ Λεβάδειά ἐστιν αὐτοῖς ὅμορος, Strabo IX 2, 42 ὑπέρκειται δ' Ὀρχομενίας ὁ Πανοπεύς, Φωκικὴ πόλις.

X 32, 4 Θεμισώνιον δὲ τὸ ὑπὲρ Λαοδικείας Φρύγες μὲν καὶ τοῦτο οἰκοῦσιν. Themisonium quem locum occupaverit, etsi adhuc incertum est, tamen inde, quod scriptor

---

69) V. Strab. XVII 1, 9 ὑπέρκειται δὲ τούτου (sc. τοῦ νησίου Ἀντιρρόδου) τὸ θέατρον.

70) V. Curt. l. c. II p. 174.

situm eius ex Laodicea definit, cognoscitur hoc oppidum circum Laodiceam fuisse, quod confirmatur a Strabone (XII 8, 13), Ptolemaeo (V 2, 26), Hierocle (synecd. p. 665 sq.), tabulae Peutingerianae auctore, qui insuper, aeque atque Ptolemaeus, a Laodicea inter meridiem et orientem fuisse ostendit; atque a Plinio (n. h. V 29 [29]) Themisonium iurisdictioni Cibyraticae simul cum Laodicea et Hierapoli tribuitur. itaque Kiepertus[71]) et W. M. Ramsayus[72]) in campo, qui 'Karajuek' vel 'Kara Eyuk' dicitur, oppidum iure collocant. qui quidem campus circiter mille metris[73]), Laodiceae autem campus circiter centum octoginta metris, quem numerum Fabricii comitati debeo, mari superior est; itaque Themisonium supra Laodiceam esse recte dicitur.

II 4, 4 Μέλανα δὲ ἐκ Γονούσσης τῆς ὑπὲρ Σικυῶνος στρατεύοντα σὺν Δωριεῦσιν ἐπὶ Κόρινθον; V 18, 7 Κυψέλῳ καὶ τοῖς προγόναις ἦν γένος ἐξ ἀρχῆς ἐκ Γονούσσης τῆς ὑπὲρ Σικυῶνος[74]): Pausanias, quamquam Gonussae situm altero loco (II 4, 4) e Corintho, altero (V 18, 7) ex Olympia definit, tamen utroque eadem dictione utitur; quare ὑπέρ particula non valet 'jenseits', sed 'oberhalb'. at Gonussa non est, ut Curtius 'Pelop.' II p. 498 et 586, 64 arbitratur, eadem atque Donussa, quae Pausania teste (VII 26, 13) inter Aegiram et Pellenen sita erat; nam si Curtii sententia vera esset,

---

71) 'Atl. ant.' tab. V.

72) Cf. G. Hirschfeldius 'Geogr. Jahrb.' X (1884) p. 430, Ramsay 'Historic. geograph. of Asia Minor' p. 101 et 135 cum tabula 'Asia, Lydia and Caria', quam operi suo adiecit.

73) V. Hirschfeld. 'Bericht üb. e. Reise im südwestl. Kleinas.', Zeitschr. f. Erdkunde XIV (1879) p. 308.

74) Sic cnm Musgravio scribo, cum rationem, qua falsae in codicibus lectionis originem explicat, rectissimam putem (cf. SW. apparat. crit. ad h. l.). nam si, ut SW. malunt, scribas K. καὶ τ. προγ. ἐκ Γονούσσης ἦν γένος ἐξ ἀρχῆς τῆς ὑπὲρ Σικ., verba male composita habes; accedit, quod etiam locus II 4, 4 dissuadet, ne ἐκ Γον. a τῆς ὑπὲρ Σ. separetur.

Homeri Il. II 573 sq. οἵ ϑ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν Πελλήνην τ' εἶχον interpretem, quem Pausanias (VII 26, 13) haud dubie sequitur, Donussae illius gratia Γονόεσσαν in Δονόεσσαν mutare minime opus fuisset. locus potius investigandus est supra Sicyonem urbem positus, velut castellum in Asopi valle media circa pagum 'Liopesi' situm, de quo Bursianus l. c. II p. 31 sq.; 32, 1 cogitat. cf. Strab. VIII 6, 24 (Ὀρνεαὶ) κεῖνται δ' ὑπὲρ τοῦ πεδίου τοῦ Σικυωνίων [75]).

X 33, 6 Χαράδρα δὲ εἴκοσιν ἀπωτέρω σταδίοις ἐστὶν ὑπὲρ ὑψηλοῦ κειμένη κρημνοῦ. cf. Burs. l. c. I p. 161. similiter Strab. VIII 3, 20 καὶ [αἱ] Ἀχαιαί, εἰσὶ δὲ πέτραι ἀπότομοι τοῦ αὐτοῦ ὄρους, ὑπὲρ ὧν ἡ Σάμος — γέγονε πόλις.

I 10 4 Πέργαμον τὴν ὑπὲρ Καΐκου; V 13, 3 ἐν τῇ Περγάμῳ τῇ ὑπὲρ ποταμοῦ Καΐκου; VII 16, 1 ἐκ Περγάμου τῆς ὑπὲρ Καΐκου; VIII 4, 9 ἐν Περγάμῳ τῇ ὑπὲρ τοῦ Καΐκου; X 25, 10 ἐν — Περγάμῳ τῇ ὑπὲρ Καΐκου: de vi particulae ὑπέρ in quinque his locis dissensio est inter interpretes. in Pausaniae enim libris in nostram linguam translatis Siebelisius vertit loco I 10 4 'jenseits d. K.', Schubartus autem locis I 10, 4 VIII 4, 9 X 25, 10 'am K.', V 13, 3 'jenseits d. K.', VII 16, 1 'oberhalb d. K.', cum in

[75]) Mireris, quod Pausanias aut eius auctor Gonussam, quae supra Sicyonem erat, non pro urbe Homerica habuit. per se enim magis consentaneum erat utramque pro una eademque haberi; ac profecto viros artis grammaticae peritos, velut Apollodorum, huius sententiae fuisse puto, cum Gonussae situs (ὑπὲρ Σικυῶνος) et ad propriam vim vocabuli (γονόεσσα χώρα = 'Hochland'; cf. E. Curtium l. c. II p. 586, 64, G. Curtii 'Griech. Etymolog.' [5] n. 187) et ad Homeri epitheton αἰπεινήν optime quadret. sed Pausaniae auctor in collocandis Homericis urbibus ante omnia ordinis, quo poeta loca enumerat, rationem habuit: ille autem Gonussam inter Hyperesiam (= Aegiram) et Pellenen recenset; Αἰγείρας δὲ ἐν τῷ μεταξὺ καὶ Πελλήνης πόλισμα — Δονοῦσσα καλουμένη ἐγένετο (Paus. VII 26, 13); ergo Homeri interpres is, quem Pausanias l. c. respicit, poetam Donussam in mente habuisse

editionis suae indice s. v. Pergamus 'supra Caicum' interpretatus sit. 'am Kaïkus' indiligens conversio est. quod autem 'jenseits des Kaïkus' vertitur, id tum demum recte se haberet, si periegeta, id quod non fecit, Pergami situm ab altera Caici ripa contemplatus indicaret. item in errore versatur Ruegerus l. l. p. 50, qui et hic et aliis locis ὑπέρ praepositioni notionem 'nördlich' subiectam esse putat; neque enim quicquam apud scriptorem invenitur, ex quo concludi possit eum tabula geographica a meridie ad septentriones versus derecta usum esse. nam quod Pergami situs a ripa Caici fluminis in septentriones spectantis cum Ruegeri sententia congruit, id soli casui tribuendum est; id quod ex locis velut IX 22, 6 ἐν Νάξῳ τῇ ὑπὲρ Πάρου κειμένῃ intellegitur, ubi eodem iure 'östlich von Paros' vertere possumus, si tabulam geographicam ab occasu ad ortum ita fuisse derectam statuimus, ut ortus supra et occasus infra esset. immo potius supra ('oberhalb') Caicum flumen, i. e. Caici vallem, Pergamus sita erat in cacumine et ad radices montis, qui e Pindaso monte ad meridiem in Caici campum procurrit. cf. Curtius 'Beiträge z. Gesch. u. Topogr. Kleinas.',

---

proque Γονόεσσαν restituendum esse Δονόεσσαν censuit. cf. Paus. II 25, 5 Ὀρνεὰς δέ —, ὥσπερ τῷ τόπῳ τῆς Ἀργείας ἔκειντο, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἔπεσι προτέρας ἢ Φλιοῦντά τε (= Ἀραιθυρέαν) καὶ Σικυῶνα κατέλεξεν (sc. Ὅμηρος) = Il. II 571 sq. Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινὴν καὶ Σικυῶν'. item septem urbes, quas Agamemno reconciliationis causa se Achilli daturum pollicetur (Il. IX 150 sqq.), secundum Pausaniam eodem plane ordine se excipiunt, quo apud Homerum (Paus. III 26, 7; 26, 8 IV 30, 1; 30, 2; 31, 1; 34, 5; 35, 1; cf. Enmanni 'Geogr. Homerstud. i. Paus.', Fleckeis. Jahrb. 1884 p. 498 sq.); veluti periegeta IV 31, 1 Antheam Homericam eandem putat atque Thuriam, cum Strabo VIII 4, 5 (i. e. Apollodorus; cf. Enmann. l. c.) contra nulla Homerici ordinis ratione habita Aepeam Homericam propter principalem nominis notionem recentioris Thuriae loco ponat: ἡ δ' Αἴπεια νῦν Θουρία καλεῖται. — ἵδρυται δ' ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα.

Abh. d. Berl. Akad. 1872, ph. h. Cl. p. 45 sq., Kiepert. l. c. p. 110, Fabricius in Baumeisteri 'Denkm. d. kl. Alt.' s. v. 'Pergamon' II p. 1206 sq.

IX 18, 4 ἐν Μυσίᾳ τῇ ὑπὲρ Καΐκου πόλισμά ἐστι Πιονίαι. cum Pioniae ad septentrionales Idae montis radices essent Scepsi vicinae[76]), Pausanias verbis Μυσίᾳ τῇ ὑπὲρ Καΐκου Mysiam maiorem significavit; quae, cum agros inter Caicum amnem et Macestum montanos comprehenderet[77]), 'supra Caicum' sita esse dici poterat eodem iure, quo apud Strabonem XII 8, 3 Mysiae pars, Abrettene[78]), ὑπὲρ τὰς τοῦ Καΐκου πηγάς ('oberhalb') sita esse dicitur. cf. Lolling. l. c. p. 250. quod autem Mysiae situs ex Caico amne definitur, huius rei causa inde repetenda est, quod Caici campo Mysia maior a meridie intercluditur. cf. Strab. XII 8, 1 Μυσία τε ὁμοίως ἥ τε Ὀλυμπηνή, συνεχὴς οὖσα τῇ Βιθυνίᾳ καὶ τῇ Ἐπικτήτῳ, — καὶ ἡ περὶ τὸν Κάϊκον καὶ τὴν Περγαμηνὴν μέχρι Τευθρανίας καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ et § 12 ἡ δὲ Μυσία κατὰ τὴν μεσόγαιαν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπηνῆς ἐπὶ τὴν Περγαμηνὴν καθήκει καὶ τὸ Καΐκου λεγόμενον πεδίον, ὥστε μεταξὺ κεῖσθαι τῆς τε Ἴδης καὶ τῆς Κατακεκαυμένης et Steph. Byz. s. v. Ἀδραμύτειον: Ἀ., πόλις τῆς κατὰ Κάϊκον Μυσίας.

X 32, 13 τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐν ταῖς ὑπὲρ Μαιάνδρου πόλεσι θεοὶ ποιοῦσιν οἱ καταχθόνιοι. Pausanias de Charoniis earum urbium cogitat, quarum apud Strabonem (XII 8, 17) mentio fit: τὰ Χαρώνια, τό τε ἐν Ἱεραπόλει[79]) καὶ τὸ ἐν Ἀχαράκοις τῆς Νυσαΐδος (sc. inter urbes Trallis et Ny-

---

[76]) Cf. E. Thraemeri 'Pergamos' p. 197.

[77]) Cf. Plin. n. h. V 30 (33) 'supra Aeolida et partem Troadis in mediterraneo est quae vocatur Teuthrania, quam Mysi antiquitus tenuere. — in ea Pioniae, Andera' cett.

[78]) Cf. Thraemer. l. l. p. 276.

[79]) Strab. XIII 4, 14 Πλουτώνιον vocat.

sam[80])) καὶ τὸ περὶ Μαγνησίαν καὶ Μυοῦντα[81]). neque vero hae urbes 'trans Maeandrum', ut Siebelisius in adnotationibus editionis suae (IV p. 288) statuit, positae esse dicuntur: non enim omnes in eadem Maeandri ripa erant, sed Hierapolis et Myus in laeva, in dextra Nysa, Trallis, Magnesia; si autem concedamus Pausaniam urbes in una tantum ripa sitas significare voluisse, ne tum quidem sic, ut Siebelisius fecit, vertere licet. nam earum situm ex altera fluminis ripa se describere ne verbo quidem periegeta commemorat. at supra Maeandrum urbes illas sitas fuisse dicit. omnes enim in locis editis, quae Maeandri campum superant, aedificatae erant: Hierapolis urbis alta area super Lyci fluminis planitiem, quae in Maeandri vallem decurrit, circiter CC metris assurgit[82]); Trallianorum ruderum porta, quae inter meridiem et orientem spectat, CXXII metris superior est quam Maeandri superficies, et arx, quae in septentriones vergit, CCLXXXVI metris[83]); Nysa simili situ utitur quo Trallis[84]); Magnesia est posita in valle quae dicitur 'Aïneh-

---

[80]) Strab. XIV 1, 44 ἐν δὲ τῇ ὁδῷ τῇ μεταξὺ τῶν Τράλλεων καὶ Νύσης κώμη τῶν Νυσαέων ἐστὶν οὐκ ἄπωθεν τῆς πόλεως Ἀχάρακα, ἐν ᾗ τὸ Πλουτώνιον, ἔχον καὶ ἄλσος πολυτελὲς καὶ νεὼν Πλούτωνός τε καὶ Κόρης, καὶ τὸ Χαρώνιον, ἄντρον cett.; cf. ibid. § 45.

[81]) Strab. XIV 1, 10 sq.: Χαρώνιον Thymbriae, in Cariae pago, inter Myuntem et Magnesiam, sed propius Myunti.

[82]) Hunc altitudinis numerum et insequentes Fabricii liberalitati debeo. cf. Strab. XIII 4, 14, R. Chandleri 'Reisen in Kleinas.' ed. Germ. Lips. 1776, p. 322 sqq., W. I. Hamiltonis 'Reis. in Kleinas., Pont. u. Armen.' versionis Germ. Lips. 1843, I p. 471 sqq.

[83]) Cf. Strab. XIV 1, 42, O. Rayet. et A. Thomas 'Milet et le golfe Latmique' I p. 44 sqq. cum tab. I, II, III.

[84]) Cf. Strab. XIV 1, 43 πρὸς δὲ νότον ὑποπέπτωκε τῇ πόλει τὸ πεδίον, καθάπερ καὶ ταῖς Τράλλεσιν, Chandler. l. c. p. 298 sqq., qui ruinas Nysae, quae circa 'Sultan-Hissar' sunt, describit, sed in errorem inductus pro Trallium et Nysae habet, Ch. Fellowsii 'Discoveries in Lycia' p. 22.

Ovace', per quam Lethaeus in Maeandrum se effundit, ideoque supra Maeandrum[85]), atque Myus ad sinistram Maeandri ripam in parvo colle, qui olim promunturium in mare proiectum erat[86]). similiter Liv. XXXVIII 13, 4 'ipse — ad Antiochiam super Maeandrum amnem posuit castra'.

V 1, 5 τὴν ὑπὲρ Ἀξιοῦ ποταμοῦ χώραν ἀπ' αὐτοῦ (sc. Παίονος) Παιονίαν ὀνομασθῆναι. non 'trans Axium flumen', sed 'supra' verti necesse est; nam Paeonia regio erat sublimis (Strab. VII 5, 1) et ab utraque ripa sita; in primis autem urbs Bylazora, regum olim sedes, ex Elide, quam descripturus est Pausanias, spectata citra Axium iacebat. cf. Kiep. l. c. p. 312, eiusdem 'Atl. ant.' tab. V, Lolling. l. c. p. 225, Pausan. IX 18, 4 (supra p. 36).

VIII 9, 7 γένος ἦν ὁ Ἀντίνους ἐκ (Βιθυνίου πόλεως) Βιθυνίας τῆς ὑπὲρ Σαγγαρίου ποταμοῦ· οἱ δὲ Βιθυνιεῖς Ἀρκάδες τέ εἰσι καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν. verba Βιθυνίου πόλεως Schubartus-Walzius, Dindorfius, Schubartus Buttmanno suadente inseruerunt. certe hoc loco urbem Bithynium commemoratam fuisse intellegitur et ex insequenti Βιθυνιεῖς[87]) et ex Steph. Byz. l. c. Βιθύνιον, πόλις Βιθυνίας· Παυσανίας ὀγδόῳ. ὁ οἰκῶν Βιθυνιεύς et ex Dion. Cass. 69, 11, ubi Bithynium Antinoi patriam fuisse traditur. quod cum ita sit, verba coniectura sananda sunt, neque tamen ratione a Buttmanno proposita, qui locum lacunosum et ex Stephano restituendum censet. nam verba πόλις Βιθυνίας nomini Βιθύνιον ipse Stephanus solito lexicographorum more addidit, velut idem dicit s. v. Νικαία: Ν., πόλις Βιθυνίας vel s. v. Νικομήδεια: Ν., πόλις Βιθυνίας; nec quisquam, puto, Pausaniam restituere volet ex Ste-

---

[85]) Cf. Herod. III 122 ἐν Μαγνησίῃ τῇ ὑπὲρ Μαιάνδρου ποταμοῦ οἰκημένῃ, Strab. XIV 1, 39, Rayet. et Thomas l. c. I p. 117 sqq. et 123 sqq. cum tab. I, II, III b.

[86]) Cf. Rayet. et Thomas l. c. I p. 27 sq. cum tab. I, II.

[87]) I. e. Bithynii incolae; cf. Steph. Byz. s. v. Βιθύνιον; Bithyniae enim incolae Βιθυνοί dicuntur a Pausania V 12, 7.

phani verbis Ἀμφίκαια, πόλις Φωκίδος, Παυσανίας δεκάτῃ (33, 9); Βέλβινα, πόλις Λακωνική, Παυσανίας ὀγδόῳ (35, 4; cf. III 21, 3); Δρυμία, πόλις Φωκίδος, Παυσανίας ι΄ (33, 12); Θεισόα, πόλις Ἀρκαδίας, Παυσανίας ὀγδόῳ (27, 4); Μεσσαπία, χώρα Ἰαπυγίας προσεχὴς Τάραντι. τὸ ἐθνικὸν Μεσσάπιος. Παυσανίας δεκάτῳ (10, 6), praesertim si cognoverit periegetam ab hoc lexicographo saepius neque, quod ad formam [88]), neque, quod ad rem [89]) attinet, diligenter citari. accedit, quod nostro loco non de Bithyniae, verum de Bithynii situ agitur. unde consequens est, ut ista apud Stephanum verba πόλις Βιθυνίας non ex Pausania hausta, sed ipsius Stephani sint, qui facile ea supplere poterat, si apud periegetam legebat, quod Sylburgius felici coniectura restituit: ἐκ Βιθυνίου τῆς ὑπὲρ Σ. ποταμοῦ. nimirum quod in codicibus legimus, ab inepto quodam librario venit, qui Βιθυνίου propter insequens τῆς in Βιθυνίας mutandum esse putaret [90]). iam vero Bithynium supra Sangarium, i. e. eius vallem, in Salone campo sublimi erat. cf. Kiep. l. c. p. 99, eiusdem 'Atl. ant.' tab. IV, Lolling. l. c. p. 261, similes locos supra tractatos I 10, 4 V 13, 3 VII 16, 1 VIII 4, 9 X 25, 10; 32, 13.

III 19, 7 πρὶν δὲ ἢ διαβῆναι τὸν Εὐρώταν, ὀλίγον ὑπὲρ τῆς ὄχθης ἱερὸν δείκνυται Διὸς Πλουσίου. cf. Curt. l. c. II p. 239, Burs. l. c. II p. 128.

---

[88]) Cf. lemma Ἀραιθυρέα cum Paus. II 12, 5.

[89]) Ἀσπληδών, πόλις Φωκίδος. Παυσανίας ἐνάτῳ Stephanus. at Pausanias (IX 38, 9) urbem Boeotiae dicit; fortasse id, quod periegeta IX 39, 1 de Phocensium domiciliis adnotat, erroris causa fuit. Καλάμαι, πόλις Πελοποννήσου. Παυσανίας τετάρτῳ Stephanus. at apud Pausaniam (IV 31, 3) non πόλις, sed κώμη est. Μυονία, πόλις Φωκίδος. Παυσανίας ι΄ Stephanus. sed periegeta etsi huius oppidi in libro Φωκικά inscripto (X 38, 8) mentionem facit, tamen id Locridi Ozolarum attribuit.

[90]) Ad τῆς subaudiendum est πόλεως, ut VI 23, 6 γένος μὲν Ἀλεξανδρέα εἶναι τῆς ὑπὲρ Φάρου.

VI 21, 3 διαβάντων δὲ τὸν Κλάδεον τάφος τε Οἰνομάου γῆς χῶμα περιῳκοδομημένον λίθοις ἐστὶ καὶ ὑπὲρ τοῦ μνήματος ἐρείπια οἰκοδομημάτων, ἔνθα τῷ Οἰνομάῳ τὰς ἵππους αὐλίζεσθαι λέγουσιν. cum in Cladei dextra ripa colles sint vici, qui 'Dhruwa' dicitur, quos ipse scriptor VI 20, 6 commemorat[91]), eum in declivibus partibus, nescio quo loco, super Oenomai tumulum diruta aedificia vidisse apertum est. cf. Curt. l. c. II p. 71, Curt. et F. Adler. 'Olymp. u. Umgegend' p. 12, Baedekeri 'Griechenland'[2] p. 359.

V 12, 4 ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ παραπέτασμα — ἀνέθηκεν Ἀντίοχος, οὗ δὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Ἀθήνησιν ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργὼ ἡ ἐς τὰ ἀναθήματα[92]). huius donarii etiam I 21, 3 mentio fit loco quo positum erat accuratissime indicato his verbis: ἐπὶ δὲ τοῦ νοτίου καλουμένου τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον, ἐπὶ τούτου Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλὴ καὶ περὶ αὐτὴν αἰγὶς πεποίηται.

VIII 32, 3 πεποίηται δὲ καὶ στάδιον ὑπὲρ τῆς Ἀφροδίτης, i. e. supra Veneris templum[93]). L. Rossius vestigia

[91]) Τοῖς δὲ τῶν Ἀρκάδων ἀποθανοῦσιν ἐν τῇ μάχῃ ἐστὶ τὸ μνῆμα ἐπὶ τοῦ λόφου διαβάντων τὸν Κλάδεον ὡς ἐπὶ ἡλίου δυσμάς.

[92]) De postremis his verbis, quae sunt depravata, Schubartus in apparatu editionis critico haec adnotat: 'ἡ ἐς τὰ ἀναθήματα in SW mutatum est in ἐστὶν ἀναθήματα; secutus est Dind.; at pluralis ἀναθήματα probat profundius cubare mendum'. mihi quidem sic videtur legendum esse: Ἀντίοχος, οὗ δὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Ἀθήνῃσιν ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργὼν ἐστιν ἀνάθημα, mutatis Γοργὼ ἡ ἐς τά in Γοργών (cf. Γοργόνος I 21, 3 II 21 5; 21, 7 IX 34, 2; Γοργόνα V 10, 4) ἐστιν et ἀναθήματα in ἀνάθημα; nam singularis numerus in pluralem perperam mutatus etiam alibi reperitur: v. Schubarti Walziique edit. III p. 537, adn. 33; 544, 13; 601, 3 (ἀναθήματα pro ἀνάθημα); III p. 541, adn. 24; 556, 4 (ἀγάλματα pro ἄγαλμα). poterat autem nostro loco verbis ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργὼν imperitus aliquis scriba facile induci, ut de donariis duobus cogitaret.

[93]) Cf. cum hac breviloquentia VIII 32, 4 II 31, 5 III 13, 8.

templi sub stadio prope Helissontis ripam agnovit. cf. Curt. l. c. I p. 284 sq., Burs. l. c. II p. 248 sq.

VIII 19, 2 πηγὴ δέ ἐστιν αὐτόθι ὕδατος ψυχροῦ — καὶ ὑπὲρ αὐτῆς πλάτανος πεφυκυῖα.

I 26, 7 φοῖνιξ δὲ ὑπὲρ τοῦ λύχνου χαλκοῦς ἀνήκων ἐς τὸν ὄροφον ἀνασπᾷ τὴν ἀτμίδα.

X 38, 6 λίθου θριγκός ἐστιν ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ. arae sine dubio circumdata erat maceria lapidibus exstructa[94]), quae ei immineret[95]); neque vero cum Schaarschmidtio statuatur necesse est murum vel maceriam apud aram loco altiore exstructam fuisse.

X 27, 3 ἔστι δὲ οἰκία τε ἡ Ἀντήνορος καὶ παρδαλέως κρεμάμενον δέρμα ὑπὲρ τῆς ἐσόδου.

V 10, 9 ὑπὲρ μὲν τοῦ ναοῦ (Iovis Olympii) πεποίηται τῶν θυρῶν ἡ ἐξ Ἀρκαδίας ἄγρα τοῦ ὑὸς καὶ τὰ πρὸς Διομήδην τὸν Θρᾷκα cett. ὑπὲρ δὲ τοῦ ὀπισθοδόμου τῶν θυρῶν τοῦ ζωστῆρος τὴν Ἀμαζόνα ἐστὶν ἀφαιρούμενος (Hercules) καὶ τὰ ἐς τὴν ἔλαφον cett. his verbis duodecim metopas — una in Pausaniae textu deest —, quae intra columnas aedis super pronai opisthodomique fores positae erant, significari effosso templo patefactum est. cf. Boetticheri 'Olympia'[2] p. 283, A. Flaschii 'Olympia' in Baumeisteri 'Denkmäl.' II p. 1104 W.

II 21, 4 τοῦ δὲ τῆς Δήμητρος ἱεροῦ τούτου κατὰ τὴν ἔσοδον ἀσπίδα ἰδεῖν Πύρρου χαλκῆν ἔστιν ὑπὲρ τῶν θυρῶν ἀνακειμένην.

V 10, 5 τοῦ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ ναοῦ τῆς ὑπὲρ τῶν κιόνων περιθεούσης ζώνης κατὰ τὸ ἐκτὸς ἀσπίδες εἰσὶν ἐπίχρυσοι. in his verbis ζώνη non intellegendum est epistylium (nam hoc est ἐπὶ τῶν κιόνων et ad significandum id proprio vocabulo

---

[94]) Cf. Schaarschmidtius 'De ἐπί praepos. ap. Paus. per. vi et usu' p. 24 sq.

[95]) Cf. locos duos praecedentes.

utitur Pausanias [96])), sed exteriores metopae, quae cum signis elevatis carerent, clipeis exornatae erant. cf. Curt. l. c. II p. 56, Flasch. 'Olympia' l. l. II p. 1102.

VI 19, 13 ἀνάκειται δὲ καὶ ἀσπὶς ὑπὲρ τοῦ ἀετοῦ. summo fastigio supra tympani figuras affixus erat clipeus eadem ratione, qua Lacedaemoniorum donarium templo Iovis Olympii (cf. V 10, 4).

Figurarum quarundam in duabus tabulis a Polygnoto pictis, quae Delphorum 'Λέσχην' exornabant, situm particula ὑπέρ cum genet. copulata tribus his locis indicat [97]):

X 25, 4 Βρισηῒς δὲ ἑστῶσα καὶ Διομήδη τε ὑπὲρ αὐτῆς καὶ Ἶφις πρὸ ἀμφοτέρων ἐοίκασιν ἀνασκοποῦμεναι τὸ Ἑλένης εἶδος. cum Briseïs, Diomeda, Iphis, utpote Helenae pulcritudinem admirantes, cum hac et Electra et Panthalide et Eurybate unum symplegma efficiant, ὑπέρ particula Diomedam paullo superiorem obtinere locum quam Briseïdem significat; similiter X 31, 3 Μελέαγρος δὲ — ἀνωτέρω μὲν ἢ ὁ τοῦ Ὀϊλέως Αἴας ἐστὶν ἐν τῇ γραφῇ, ἔοικε δὲ ὁρῶντι ἐς τὸν Αἴαντα, ubi Meleager eiusdem est symplegmatis, cuius Aias. cf. Gebhardtus 'Die Komposit. der Gemälde des Polygnot in der Lesche z. Delphi', l. l. p. 7.

X 29, 7 γυναικῶν τῶν κατειλεγμένων (Procridis, Clymenes, Megarae) ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἥ τε Σαλμωνέως θυγάτηρ ἐπὶ πέτρας καθεζομένη καὶ Ἐριφύλη παρ' αὐτὴν ἐστιν ἑστῶσα. periegeta postquam verbis ὑπὸ δὲ τὴν Φαίδραν ἐστὶν ἀνακεκλιμένη Χλῶρις ἐπὶ τῆς Θυίας γόνασιν (29, 5) in inferiorem tabulae partem transgressus Procridem, Clymenen, Megaram in eadem linea descripsit (29, 6 sq.), rursus oculos convertit ad superiores tabulae figuras: primum quidem ad Tyro, Salmonei filiam, et Eriphylen, quae supra caput Procridis, Clymenes

[96]) Cf. X 19, 4 ὅπλα δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιστυλίων χρυσᾶ, Ἀθηναῖοι μὲν τὰς ἀσπίδας — ἀνέθεσαν, Αἰτωλοὶ δὲ τά τε ὄπισθε καὶ ἐν ἀριστερᾷ — ὅπλα.

[97]) Confer quae infra p. 57 de universa Pausaniae in describendis his tabulis ratione disseram.

Megaraeque sunt, deinde — ut id statim hoc loco expediamus — § 8 verbis ὑπὲρ δὲ τὴν Ἐριφύλην ἔγραψεν Ἐλπήνορά τε καὶ Ὀδυσσέα ὀκλάζοντα ἐπὶ τοῖς ποσίν cett. ad figuras, quae supra antecedentes positae sunt; nam § 9 verba κατωτέρω δὲ τοῦ Ὀδυσσέως denuo in inferiores tabulae partes ducunt. cf. Gebh. l. c. p. 27 sq.

X 30, 9 ὑπὲρ τούτου (Thamyridis) ἐστὶν ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος Μαρσύας, καὶ Ὄλυμπος παρ' αὐτὸν παιδός ἐστιν ὡραίου — σχῆμα ἔχων. supra (non ultra) Thamyridem sedentem sedent in rupe Marsyas et Olympus; nam Thamyridem in infima figurarum serie excipit Hector[98]); accedit, quod scriptor verbis εἰ δὲ ἀπίδοις πάλιν ἐς τὸ ἄνω τῆς γραφῆς, ἔστιν ἐφεξῆς τῷ Ἀκταίωνι Αἴας cett. (X 31, 1) iterum inter superiores figuras oculos circumfert. cf. Gebh. l. c. p. 29.

V 19, 4 ἐπιγράμματα δὲ (sc. ἐστίν) ὑπὲρ (ἐπί Vb) μὲν τοῦ Ἰφιδάμαντος νεκροῦ, — τοῦ Ἀγαμέμνονος δὲ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι —.

IX 37, 6 ἵστησιν οὖν ὑπὲρ τῶν ἀγγείων, ἐν οἷς ὅ τε ἄργυρος ἐνῆν καὶ ὁ χρυσός οἱ, πάγας ἤ τι καὶ ἄλλο. cf. Hom. Od. XIV 303 sq. δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς.

X 29, 8 ἔγραψεν — Ὀδυσσέα ὀκλάζοντα ἐπὶ τοῖς ποσίν, ἔχοντα ὑπὲρ τοῦ βόθρου τὸ ξίφος.

X 37, 1 (Artemis) δᾷδα ἔχουσα τῇ δεξιᾷ καὶ ὑπὲρ τῶν ὤμων φαρέτραν. pharetra super humeros eminet. cf. F. Imhoof-Blumer et P. Gardner 'Numismatic commentary on Paus.', Journ. of hell. stud. VIII (1887) p. 20, 2.

II 27, 2 κάθηται δὲ (Aesculapius) ἐπὶ θρόνου βακτηρίαν κρατῶν, τὴν δὲ ἑτέραν τῶν χειρῶν ὑπὲρ (ἐπί La) κεφαλῆς ἔχει τοῦ δράκοντος. cf. I. Overbeckii 'Gesch. d. griech. Plast.'[3] I p. 280, Imhoof-Blumer et Gardner l. c. VI (1885) p. 92, 2; VIII (1887) p. 57, 2.

---

[98]) X 31, 5 ἐν δὲ τοῖς κάτω τῆς γραφῆς μετὰ τὸν Θρᾷκά εἰσι Θάμυριν Ἕκτωρ μὲν καθεζόμενος cett.

I 40, 4 ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός εἰσιν Ὧραι καὶ Μοῖραι. cum Megarensium Iuppiter in sella sederet[99]), Horae et Parcae ita insistebant sellae, ut super Iovis caput quasi penderent, et quidem postico sellae lateri pariter atque Gratiae et Horae ἐπὶ τοῖς ἀνωτάτω τοῦ θρόνου Iovis Olympii (V 11, 7) aut Magnetes ἀνωτάτω ἐπὶ τῷ θρόνῳ Apollinis Amyclaei (III 18, 14). cf. H. Brunnii 'Gesch. d. griech. Künstl.'[2] I p. 172, Overbeck. l. l. I p. 279 sq.

IX 35, 6 Σμυρναίοις — ἐν τῷ ἱερῷ τῶν Νεμέσεων ὑπὲρ τῶν ἀγαλμάτων χρυσοῦ Χάριτες ἀνάκεινται, τέχνη Βουπάλου. ex analogia antecedentis loci I 40, 4 eorumque quos ibi attuli videtur colligi posse Gratias cum Nemeseon simulacris unum Bupali opus effecisse atque simili modo supra ea positas fuisse. cf. A. Furtwaenglerum in Roscheri 'Ausführl. Lexik. d. griech. u. röm. Mythol.' s. v. 'Chariten' p. 879.

VIII 37, 6 Κούρητας, οὗτοι γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀγαλμάτων (Cereris et Despoenae) πεποίηνται. de hoc loco confer supra p. 23, adn. 48.

X 8, 8 τότε αὐτὸν τὸ τραῦμα τὸ ὑπὲρ τοῦ γόνατος ἐνταῦθα σχεῖν ὑπὸ τοῦ συός. scriptor respicit ad Hom. Od. XIX 449 sq. ὁ δέ μιν φθάμενος ἔλασεν σῦς γουνὸς ὕπερ.

V 25, 3 τὸν ἀέρα τὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ταύτης.

Caput alterum.

De ὑπέρ cum accusativo coniuncto[100]).

I. Ὑπέρ praepositio cum accusativo coniuncta significat motum, qui aut re vera fit aut fieri videtur.

A. adhibetur ad loci finem denotandum, qui traicitur. prout motus aut ad libellam aut ad

[99]) Cf. Imhoof-Blumer et Gardner l. c. VI (1885) p. 53, 3.

[100]) Rhiani versum a Pausania IV 1, 6 citatum, in quo ὑπέρ cum acc. exstat, hic afferre satis habeo: πάρ' τε τρηχὺν Ἐλαιὸν ὑπὲρ δρομόν τε Λύκοιο.

perpendiculum est derectus, diversa utimur versione:

a. 'über — hinaus' vel '— hinüber'. praepositio copulata est cum verbis, quae movendi notionem aut ipsa continent aut vocabulorum nexu accipiunt: πηδᾶν: VIII 10, 3; εἶναι: VIII 6, 4 (ἐσβολαί vocabulum addit significationem movendi; sed cf. infra).

Exempla.

VIII 10, 3 μήτε πηδήσας ὑπὲρ τὸν μίτον μήτε ὑποδύς: ut Arrian. anab. V 3, 3 ὑπὲρ τὸν Καύκασον ἐλθόντα; Appian. bell. civ. II 61 τὸν ἀετὸν ὑπὲρ τὸ χαράκωμα ῥῖψαι; Herod. IV 188 ῥιπτέουσι ὑπὲρ τὸν δόμον.

VIII 6, 4 εἰσὶν οὖν ἐς Ἀρκαδίαν ἐσβολαὶ κατὰ τὴν Ἀργείαν πρὸς μὲν Ὑσιῶν καὶ ὑπὲρ τὸ ὄρος τὸ Παρθένιον ἐς τὴν Τεγεατικήν, δύο δὲ ἄλλαι κατὰ Μαντίνειαν διά τε Πρίνου καλουμένης καὶ διὰ Κλίμακος. hic quid sibi velit illud καί plane inepte ante ὑπέρ positum, quaeritur. Schubartus, qui primus in hac particula offendit, in apparatu editionis critico ἢ ὑπέρ proposuit; sed cum editio Aldina et codex Vindobonensis b et Riccardiani margo pro ὑπέρ, quod M Va Pcd Ag R Lab exhibent, κατά praebeant, sic corrigo: πρὸς μὲν Ὑσιῶν κατὰ τὸ ὄρος τὸ Παρθένιον ἐς τὴν Τεγεατικήν. codicum autem vitium hoc modo ortum videtur: postquam particulae κατά compendium per errorem in καί transiit, librarius quidam, cum ante τὸ ὄρος praepositionem desideraret, ὑπέρ inseruit[101]). sic depravata verba καὶ ὑπὲρ τὸ ὄρος in contextum illius haud ita antiqui codicis, a quo nostri libri omnes tertio, ut SW. suspicantur, gradu[102]) originem trahunt, recepta

---

[101]) De simili mendo cf. Schubarti Walziique ed. praef. I p. LVI ad III 19, 2.

[102]) Cf. l. c. I p. XXIV sq. et XXXII.

sunt, vera autem lectio κατὰ τὸ ὄρος in margine adnotata est ex alio eoque meliore codice nobis non servato; nam archetypus nostrorum codicum varietate lectionum instructus erat[103]. iam vero qui noverit, qua ratione in uno illo fonte derivando scribae usi sint[104], lectionum nobis traditarum causas perspiciet: codices M Va Pcd Ag Lab solum contextum communis exemplaris καὶ ὑπέρ praebent, contra codex Vb et Aldina καὶ κατά exhibent, quorum nimirum auctores κατά particulam interpolatae lectioni καὶ ὑπέρ substituendam esse non intellexerint[105], auctor denique codicis Riccardiani, ceteris is quidem, ut multis aliis locis, ita hic quoque diligentior, et καὶ ὑπέρ in textu inventum et κατά margini adscriptum sic in exemplar suum transtulit, ut hoc in margine, illud in textu poneret. elementa igitur ad Pausaniae orationem restituendam praeter Aldinam margo Riccardiani et codex Vb offerunt eodem modo, quo VII 23, 8, ubi hi quidem recte εἶναι exhibent, cum M Va Pc Ag Lab R ἦν praebeant[106]. atque confirmat hic quem tractavimus locus id, quod iam Schubartus et Walzius[107] monuerunt, codicem Vb et editionem Aldinam, quamquam interpolata, tamen nonnumquam genuinam lectionem aut certe genuinae vestigia servasse. Amasaeus autem, qui vertit 'trames is, qui ab Hysiis iuxta Parthenium montem in agrum Tegeaticum pervadit', aut integrum locum ante oculos habuit aut καὶ κατά legit; hoc vero si legit, καί ut ad versionem Latinam non aptum praetermisit. ceterum 'iuxta' particula κατά non valet, sed 'über — hinab', velut IX 13, 7 τὴν κατὰ τὸν Κιθαιρῶνα ἐσβολήν (cf. Xen. Hell. V 4, 47 τῆς κατὰ τὸν Κιθαιρῶνα ὁδοῦ); VIII 16, 1 ἐκ δὲ Φενεοῦ πρὸς ἥλιον ἰόντι

---

[103]) Cf. l. c. I p. XXXIV.
[104]) Cf. l. c.
[105]) De similibus vitiis v. l. c. I p. XLVII ad IV 3 fin., VI 17, 9 cett.
[106]) Cf. l. c. II p. 624 not. 47 et praef. I p. XXXV.
[107]) L. c. praef. I p. XXXII.

ἀνίσχοντα ὄρους ἐστὶν ἄκρα Γερόντειον, καὶ κατὰ ταύτην ὁδός (cf. 22, 1); II 34, 6 ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς Ἑρμιόνα ἐκ Τροιζῆνος κατὰ τὴν πέτραν, ἣ πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Σθενίου Διὸς βωμός, μετὰ δὲ Θησέα ἀνελόμενον τὰ γνωρίσματα ὀνομάζουσιν οἱ νῦν Θησέως αὐτήν. κατὰ ταύτην οὖν τὴν πέτραν ἰοῦσιν ὀρεινὴν ὁδὸν ἔστι μὲν Ἀπόλλωνος — ναός (cf. 32, 7); II 36, 3 στάδιοι δὲ ἀπὸ τῆς ἄκρας ταύτης κατὰ τῶν ὀρῶν τὰς κορυφὰς πεντήκοντά εἰσι καὶ διακόσιοι ἐς Φιλανόριόν τε καλούμενον καὶ ἐπὶ Βολεούς. — de illa via, quae Parthenium montem transcendens Hysias Argolicas cum Tegea Arcadica coniungit, confer Paus. VIII 54, 5 sqq. et II 24, 5 sqq., Strab. VIII 6, 17 Ὑσίαι — καὶ Κεγχρεαί, αἳ κεῖνται ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ ἐκ Τεγέας εἰς Ἄργος διὰ τοῦ Παρθενίου ὄρους καὶ τοῦ Κρεοπώλου, Curtii 'Peloponnesos' I p. 260; II 367, Bursiani 'Geogr. v. Griech.' II p. 66; 222.

b. 'über — hinaus' vel '— empor'. verba addita habent movendi vim, quae ad res inanimas translata est:
ἀνατείνειν: II 38, 7 VIII 13, 6; ἀνεστηκέναι: VI 20, 19.

Exempla.

II 38, 7 ἀνατείνει δὲ ὑπὲρ τὰς κώμας ὄρος Πάρνων. cf. Hannonis peripl. 9 Muell. εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης ἤλθομεν, ὑπὲρ ἣν ὄρη μέγιστα ὑπερέτεινε; Paus. III 20, 4 ἄκρα δὲ τοῦ Ταϋγέτου Ταλετὸν ὑπὲρ Βρυσεῶν ἀνέχει, ubi eadem significatione ὑπέρ cum gen. coniungitur.

VIII 13, 6 ἀνατείνει δὲ ὑπὲρ τοὺς ὅρους κρημνὸς ὑψηλός· πέτραν Καφυατικὴν ὀνομάζουσι τὸν κρημνόν. saxum praeruptum supereminet locum, quo fines Orchomeniorum, Pheneatarum, Caphyatarum concurrunt.

VI 20, 19 πέτρας δὲ ὑπὲρ (ὑπό M Va) τῶν ἵππων τὴν καμπὴν ἀνεστηκυίας. similis locus est VIII 11, 4 μνῆμα ἀνέχον οὐ πολὺ ὑπὲρ τῆς γῆς, ubi ὑπέρ cum gen. structum est.

B. locus describitur, super quem aliquid extenditur. praepositio vertenda est nostro 'über — hin'. verbum est movendi:
ῥεῖν: II 17, 2.

Exemplum.

II 17, 2 ὁ δὲ Ἀστερίων οὗτος ῥέων ὑπὲρ τὸ Ἡραῖον ἐς φάραγγα ἐσπίπτων ἀφανίζεται. sic cum Schubarto aliisque editoribus secundum scripturam meliorum codicum Pc Ag Lb legendum est, non ὑπὸ τὸ Ἡ., quod reliqui (Vab M La) exhibent. non trans Iunonis templum, sed supra id ('über dem Temp. hin') Asterionem amnem fluere dicit periegeta, qui, ut e verbis praecedentibus καὶ ἀπὸ μὲν Ἀκραίας τὸ ὄρος καλοῦσι τὸ ἀπαντικρὺ τοῦ Ἡραίου, ἀπὸ δὲ Εὐβοίας ὅσον περὶ τὸ ἱερόν, Πρόσυμναν δὲ τὴν ὑπὸ τὸ Ἡραῖον χώραν intellegitur, omnium harum regionum situm non ex loco aliquo citra Iunonis templum posito, sed ex ipso templo describit. huc accedit, quod Steffenus et Lollingius cursum Asterionis invenerunt, qui inter altos montes a templo ad aquilonem conversos ortus etiam hodie in fauces, quas nunc Κλεισοῦραν vocant, proruit et in alveo lapidibus obsito absconditur, cum templum in inferiore Euboeae montis parte margini planitiei Argivae adiaceat. cf. 'Karten v. Mykenai, erläuternd. Text' p. 40 sq.

II. Ὑπέρ particula cum accusativo copulata loci situm explicat.

A. loci finis significatur, trans quem motus iam peractus est ita, ut ab altera parte aliquid situm esse dicatur. nostro sermone dicimus 'über — drüben' vel 'jenseits'. verba adiuncta sunt quiescendi:
οἰκεῖν: V 7, 7; verbum quiescendi supplendum est: I 11, 2 X 1, 2.

Exempla.

I 11, 2 Ἑλένου δέ, ὡς ἐτελεύτα, Μολοσσῷ τῷ Πύρρου παραδόντος τὴν ἀρχὴν Κεστρῖνος μὲν σὺν τοῖς ἐθέλουσιν Ἠπειρωτῶν τὴν ὑπὲρ Θύαμιν ποταμὸν χώραν ἔσχε. haec terra, quae Cestrina nominatur (cf. II 23, 6), ultra Thyamin flumen est; nam Cestrinus ex Molossis, qui citra Thyamin in orientem solem spectant, in terram ab hoc fluvio ad solis occasum pertinentem migrat. v. Bursian. l. c. I p. 24; 18.

V 7, 7 (Ὑπερβορέους) εἶναι δὲ ἀνθρώπους οἳ ὑπὲρ τὸν ἄνεμον οἰκοῦσι τὸν Βορέαν. cf. Plin. n. h. IV 12 (26) 'pone eos montes (sc. Ripaeos) ultraque Aquilonem gens felix (si credimus), quos Hyperboreos appellavere'; VI 13 (14) 'extra eos (sc. Scythas) ultraque aquilonis initia Hyperboreos aliqui posuere'; Steph. Byz. s. v. Ὑπερβόρεοι: Δαμάστης (sc. φησίν) —, ἄνω δ' Ἀριμασπῶν τὰ Ῥίπαια ὄρη, ἐξ ὧν τὸν βορέαν πνεῖν, χιόνα δὲ μήποτε αὐτὰ ἐκλείπειν· ὑπὲρ δὲ τὰ ὄρη ταῦτα Ὑπερβορέους καθήκειν εἰς τὴν ἑτέραν θάλασσαν.

X 1, 2 οὗτοι (sc. οἱ Ἐπικνημίδιοι Λοκροί) γὰρ δή εἰσιν οἱ ταύτῃ τὴν Φωκίδα ὑπεροικοῦντες, Σκαρφεῖς μὲν τὰ ἐπέκεινα Ἐλατείας, ὑπὲρ δὲ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας οἱ πόλιν τε Ὀποῦντα καὶ Ὀπουντίων ἐπίνειον νεμόμενοι Κῦνον. ut Scarphenses τὰ ἐπέκεινα Ἐλατείας, i. e. trans Elateam habitare dicuntur, ita ei, qui Opuntem et Cynum tenebant, variata orationis forma ὑπὲρ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας. nam Pausanias, cum Phocidis a meridie et a septentrionibus fines determinat, media in terra sese stantem fingit ita, ut vias, quae ultra Hyampolin Abasque, oppida Phocensium, in Locrorum oppida Opuntem Cynumque atque ultra Elateam Scarpheam ducunt, tamquam oculis percurrat. cf. similem genetivi usum II 9, 2 Δύμην τὴν ὑπὲρ Πατρῶν, IX 22, 6 Νάξῳ τῇ ὑπὲρ Πάρου κειμένῃ.

Hic ὑπέρ particulae cum accusativo iunctae usus, quo aliquid trans aliud esse significatur, etiam apud alios scriptores deprehenditur:

Plat. Critiae c. 3 (p. 108 E) τοῖς ϑ' ὑπὲρ Ἡρακλείας στήλας ἔξω κατοικοῦσι καὶ τοῖς ἐντὸς πᾶσιν; Polyb. V 55, 7 κατὰ τοὺς ὑπὲρ τὸν Φᾶσιν τόπους; Dion. Cass. XXXVII 9, 3 περὶ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἠριδανὸν οἰκούντων; XLI 4, 3 πάντων τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις στρατοπέδων; XLVIII 28, 4 πάντα τἄλλα τὰ ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον; Appian. praef. 4 Κελτῶν τῶν ὑπὲρ Ῥῆνον; ibid. Γετῶν τῶν ὑπὲρ Ἴστρον; bell. civ. I 107 τὴν ὑπὲρ Ἄλπεις Γαλατίαν; Steph. Byz. s. v. Ὑπερβόρεοι: τοὺς ὑπὲρ τὰ Ἄλπεια ὄρη κατοικοῦντας.

B. designatur locus, supra quem aliquid aut positum est aut fit. nos interpretamur 'über' vel 'oberhalb'. verbis particulae adiunctis aliquid alicubi dicitur

a. esse:

εἶναι: I 14, 6; 18, 2; 32, 7 II 3, 1; 4, 5; 4, 7; 12, 2; 15, 3; 17, 7; 20, 8; 27, 7; 32, 8 III 21, 1; 22, 8 IV 35, 10 V 5, 3; 13, 7 VI 24, 1 VII 21, 14; 23, 4; 27, 3 VIII 18, 7; 23, 4; 37, 10 (bis); 41, 10 IX 11, 7 (bis); 21, 2; 22, 2; 39, 9; 41, 6 X 25, 1; 27, 1; 31, 8; 36, 10; 38, 8; 38, 9; εἶναι (ἑστηκός): X 30, 3; (καϑεζόμενον): X 30, 5; καϑῆσϑαι: X 25, 5; κεῖσϑαι: VIII 36, 2; πεποιῆσϑαι: I 14, 1 II 3, 6; εἰργάσϑαι (pass.): II 17, 3; γεγράφϑαι: X 26, 2; 30, 4; ἱδρῦσϑαι: III 12, 8; ᾠκίσϑαι: VII 25, 5; verbum quiescendi cogitando supplendum est: I 41, 2 II 4, 6 IV 7, 5 VII 27, 11 IX 23, 7 X 31, 9; 36, 7;

b. fieri:

ἄρχεσϑαι: I 19, 6; δρᾶν: II 32, 6; ποιεῖν: V 11, 7; γίνεσϑαι (i. e. pass. verbi ποιεῖν): X 26, 4; γράφειν: 29, 8.

Exempla.

II 15, 3 καὶ ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν. cf. Curt. l. c. II p. 505, Burs. l. c. II p. 35.

VII 27, 11 ποταμοὶ δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν κατέρχονται τῶν ὑπὲρ τὴν Πελλήνην, scilicet Sythas e Cyllene, Crius e Chelydorea. cf. Curt. l. c. I p. 479 sq., Burs. l. c. II p. 314.

VIII 18, 7 ὑπὲρ δὲ τὴν Νώνακριν ὄρη τε καλούμενα Ἀροάνια καὶ σπήλαιόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. cf. Curt. l. c. I p. 197, Burs. l. c. II p. 202.

X 36, 7 τὰ δὲ ὄρη τὰ ὑπὲρ τὴν Ἀντίκυραν πετρώδη τε ἄγαν ἐστί cett. cf. Burs. l. c. I p. 182 sq.

I 41, 2 ἐντεῦθεν ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἡμῖν ἐξηγητὴς ἡγεῖτο ἐς χωρίον Ῥοῦν —· ταύτῃ γὰρ ὕδωρ ποτὲ ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν ὑπὲρ τὴν πόλιν (Megara) ῥυῆναι. cf. Burs. l. c. I p. 375 sq.

IX 23, 7 τὰ ὄρη τὰ ὑπὲρ τὴν πόλιν (Larymnam) ὑῶν παρέχεται θήραν ἀγρίων, i. e. Ptoi montis rami. cf. Ulrichs. 'Reis. u. Forsch.' I p. 232, Burs. l. c. I p. 194.

II 4, 6 ἀνιοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον, ἡ δέ ἐστιν ὄρους ὑπὲρ τὴν πόλιν (Corinthum) κορυφὴ cett. ut hic ὑπέρ praepositione cum accus. copulata, ita II 1, 6 eadem cum genet. coniuncta Acrocorinthi situs describitur: τὴν ἄκραν τὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως (Corinthi). confer Strab. VIII 4, 8 ἡ δὲ Μεσσηνίων πόλις ἔοικε Κορίνθῳ· ὑπέρκειται γὰρ τῆς πόλεως ἑκατέρας ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἀπότομον —, ὥστ' ἀκροπόλει χρῆσθαι, τὸ μὲν καλούμενον Ἰθώμη, τὸ δὲ Ἀκροκόρινθος; VIII 6, 21 ὄρος ὑψηλὸν — εἰς ὀξεῖαν τελευτᾷ κορυφήν· καλεῖται δὲ Ἀκροκόρινθος, οὗ τὸ μὲν πρὸς ἄρκτον μέρος ἐστὶ τὸ μάλιστα ὄρθιον, ὑφ' ᾧ κεῖται ἡ πόλις ἐπὶ τραπεζώδους ἐπιπέδου χωρίου πρὸς αὐτῇ τῇ ῥίζῃ τοῦ Ἀκροκορίνθου; Curt. l. c. II p. 523 sq., Burs. l. c. II p. 9 sq.

IX 41, 6 ἔστι δὲ ὑπὲρ τὴν πόλιν (Chaeroneam) κρημνὸς Πετραχὸς καλούμενος. cf. Ulrichs. l. c. I p. 158, Burs. l. c. I p. 205.

III 22, 8 κώμη δὲ ὑπὲρ τὸ πόλισμά (sc. Μαριόν) ἐστιν ἐν μεσογαίᾳ καὶ αὐτή, Γλυππία. 'über' vel 'oberhalb'; nam quo quis longius a mari recessit, ad eo altiorem locum accedit secundum vulgarem cogitandi rationem; ex qua Graeci dicere consueverunt ἀναβαίνειν, cui verbo καταβαίνειν opponitur. hoc in nostrum locum eo magis cadit, cum periegetae iter a mari in Lacedaemonis montuosas regiones derigatur, in quibus Marios oppidulum positum erat[108]). cf. § 6 ἀπὸ θαλάσσης δὲ ἄνω Γερόνθραι σταδίους ἀπέχουσιν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν Ἀκριῶν et § 9, ubi Pausanias omnia loca mediterranea a se peragrata complectitur verbis τάδε μὲν ἀπὸ Ἀκριῶν ἄνω πρὸς ἤπειρον, τὰ δὲ πρὸς θαλάσσῃ cett. similiter Ps. Scymn. 495 sq. οὗτοι δὲ περὶ τὴν Αὐλίδ' εἰσὶν οἱ τόποι, ἐν οἷς Ταναγραίων ἐστὶ κειμένη πόλις, ὑπὲρ δὲ ταύτην ἐν μεσογείῳ Θεσπιαί. vulgo autem in tali sententia ὑπέρ particulam genetivus sequitur, velut X 38, 8 τούτων δὲ τῶν Λοκρῶν τοσαίδε ἄλλαι πόλεις εἰσίν, ἄνω μὲν ὑπὲρ Ἀμφίσσης πρὸς ἤπειρον Μυωνία, σταδίοις ἀπωτέρω τριάκοντα Ἀμφίσσης; cf. supra p. 31. Glyppiae pagi situs adhuc incertus est. v. Curt. l. c. II p. 303 sq. et Burs. l. c. II p. 135.

IV 35, 10 Ῥωμαίοις δὲ ὑπὲρ τὴν πόλιν, διαβάντων τὸν Ἄνιον ὀνομαζόμενον ποταμόν, ὕδωρ λευκόν ἐστιν. qui a Roma intus in mediterraneas ideoque superiores regiones se confert, Anienem transgressus ad ὕδωρ λευκόν pervenit, i. e. ad aquas Albulas; quae 'iuxta Romam'[109]) 'in Tiburtina via'[110]), i. e. in campo Anienis Tiburi subiecto[111]) sitae hodie 'Acqua Zolfa' vel 'Solfatara' nominantur. cf. C. I. L. XIV p. 435 cum tabula geographica Kieperti, Wernickii 'De Paus. Per. stud. Herodot.' p. 107. similis loci descriptio legitur apud Appian.

---

[108]) V. Burs. l. c. II 135 sq., Curt. l. c. II p. 303.

[109]) Plin. n. h. XXXI 2 (6).

[110]) Vitruv. VIII 3, 2; secundum tabulam Peutingerianam XVI milibus passum ab urbe.

[111]) Strab. V 3, 11.

bell. civ. I 67 ὡς δὲ ἀνεμίχθησαν, ἐστρατοπέδευον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριος, ἐς τρία διαιρεθέντες· Κίννας μὲν καὶ Κάρβων σὺν αὐτῷ τῆς πόλεως (Romae) ἀντικρύ, Σερτώριος δὲ ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄνω, καὶ Μάριος πρὸς τῇ θαλάσσῃ.

VII 21, 14 τοῦτο τὸ ἱερὸν (Aesculapii) ὑπὲρ τὴν ἀκρόπολιν τῶν πυλῶν ἐστὶν ἐγγὺς αἳ ἐπὶ Μεσάτιν ἄγουσιν. locis praecedentibus cum hoc loco collatis apparet hanc aedem in illa fuisse via, quae ex arce Patrarum in superiora et mediterranea loca sursum ducebat. cf. Curt. l. c. I p. 436; 444, Burs. l. c. II p. 329, qui (adn. 1) 'jenseit der Akropolis' interpretatur.

IX 11, 7 ἔστι γὰρ καὶ Σμυρναίοις ὑπὲρ τὴν πόλιν κατὰ τὸ ἐκτὸς τοῦ τείχους Κληδόνων ἱερόν. putabimusne 'trans urbem'? at quomodo tam vaga loci significatione uti poterat periegeta? qui cum id sacrum non inter alias res Smyrnaeorum admirabiles recenseat, sed obiter in Thebis describendis attingat, omnino nescimus, quo ex loco suum illud ὑπέρ intellegi velit. si quis vero hunc locum putat mediam esse Smyrnam urbem, quemadmodum Wachsmuthius[112]) Pausaniam I 14, 6 (ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν — ναός ἐστιν Ἡφαίστου) situm templi Volcano sacri ex medio Atheniensium foro significare censet, ὑπέρ idem est quod ἔξω et κατὰ τὸ ἐκτὸς τοῦ τείχους supervacaneum. itaque sacrum illud Cledonum extra Smyrnae moenia in loco aliquo Pagi montis editiore collocandum est. neque tamen G. M. Lanio[113]) assentior, qui Apollinis templum a Strabone XIV 1, 36 commemoratum et Cledonum sacrum unum idemque putat: nam primum hoc solis Cledonibus, quae a Smyrnaeis ut deae colebantur[114]), dedicatum fuisse periegeta tradit; deinde Apollinis templum in Clazomeniorum agris erat; enumeratur enim a Strabone

---

[112]) 'Die Stadt Ath. i. A.' I p. 176.

[113]) 'Smyrnaeor. res gest. et antiquit.' Gotting. 1851 p. 50.

[114]) Cf. Aristid. περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμ. I p. 754 ed. Dindorf.

in descriptione Ioniae post Clazomenas quidem, sed ante thermas, quae Pausania auctore (VII 5, 11) λουτρὰ Ἀγαμέμνονος nominatae Clazomeniorum erant.

X 38, 8 καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ὑπὲρ τὴν πόλιν (Myoniam) τέμενος καλούμενον Ποσειδώνιον. Myonia in acclivibus Parnasi partibus posita erat. cf. Burs. l. c. I p. 151 sq.

X 38, 9 ἐν Οἰανθείᾳ δὲ Ἀφροδίτης τε ἱερόν, καὶ ὀλίγον ὑπὲρ τὴν πόλιν κυπαρίσσου τε ἀναμὶξ καὶ τῆς πίτυός ἐστιν ἄλσος. oppidum hoc per humile promunturium patebat. cf. Ulrichs. l. c. I p. 5, Ross. 'Königsreisen' I p. 73 sq., Burs. l. c. I p. 149 sq.

VIII 23, 4 ὀλίγον δὲ ὑπὲρ (ὑπό Ag La) τὴν πόλιν (Caphyas) πηγή τέ ἐστι. fons nondum inventus nescio an ad Cnacalum montem, qui antea memoratur, quaerendus sit. cf. Curt. l. c. I p. 226, Burs. l. c. II p. 206.

V 5, 3 ἰόντι δὲ ἀπὸ τῆς Ἠλείας χωρίον ἐστὶν ἐπὶ θάλασσαν καθῆκον, ὃ ὀνομάζεται μὲν Σαμικόν, ἐν δεξιᾷ δὲ ὑπὲρ αὐτὸ ἥ τε Τριφυλία καλουμένη καὶ πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Τριφυλίᾳ Λέπρεος. hic si quis praepositionem ὑπέρ 'jenseits' valere putet, nihil novi, sed potius aliquid supervacanei ad ἐν δεξιᾷ addit Pausanias. Triphylia utpote regio montuosa[115]) eiusque urbs Lepreos iter e Messeniis in Eleos facienti ad dextram erant supra Samicum, regionem illam litoralem[116]), quae a Strabone VIII 3, 14 Πυλιακὸν πεδίον vocata a Neda flumine usque ad Samicum castellum, cuius periegeta cap. 6, 1 sqq. mentionem inicit, extenditur[117]). at Pausanias ex Eleorum agro (ἀπὸ τῆς Ἠλείας), non ex Messeniis in Triphyliam se venire ait: itaque cum descriptio eius cum locorum natura non aliter congruat, iusta autem descriptionis regula postulet, ut Triphyliae describendae initium a Neda[118]) fiat, verba

[115]) Cf. Strab. VIII 3, 18, Burs. l. c. II p. 277.
[116]) Cf. §§ 7 et 11; c. 6, 4.
[117]) Cf. Burs. l. c. II p. 281, 1.
[118]) Cf. IV 36, 7.

ἀπὸ τῆς Ἠλείας falsa sunt. neque vero codicum corruptela, de qua Schubartus aliique cogitaverunt, statuenda est, sed ipsius scriptoris error, in quem neglegentia, qua fonte suo usus est[119]), incidit. nam Curtius[120]), qui Pausaniae verba prorsus recte se habere contendit, rationem suam interpretandi mihi non probavit.

II 27, 7 ὄρη δέ ἐστιν ὑπὲρ[121]) τὸ ἄλσος (Aesculapii) τό τε Τίτθιον καὶ ἕτερον ὀνομαζόμενον Κυνόρτιον. Aesculapii nemus in convalle erat cum aliis montibus, tum Titthio et Gynortio circumclusa. cf. Curt. l. c. II p. 418 sq., Burs. l. c. II p. 72; 74 sqq.

IX 39, 9 ἔστι δὲ τὸ μαντεῖον ὑπὲρ τὸ ἄλσος ἐπὶ τοῦ ὄρους. in monte supra Trophonii lucum erat eius oraculum; nam periegeta, postquam Lebadeae et luci ab utraque Hercynae parte sitorum § 1 sqq. mentionem fecit, § 4 sic pergit: ἀναβᾶσι δὲ (sc. ex luco) ἐπὶ τὸ μαντεῖον, καὶ αὐτόθεν ἰοῦσιν ἐς τὸ πρόσω τοῦ ὄρους; confer etiam Philostr. vit. Apoll. VIII 19: (oraculum Trophonii) ὁρᾶται δ' οὐκ ἐν τῷ ἱερῷ[122]), σμικρὸν δ' ἄνω τοῦ ἱεροῦ ἐν γηλόφῳ. quod ex Pausania et Philostrato conclusimus, eis, quae ex sacris aedificiis aliisque monumentis hodie et in monte sinistrae Hercynae amnis ripae imminenti et in valle ei subiecta supersunt, egregie comprobatur. cf. Ulrichs. l. c. I p. 164 sqq. maximeque p. 167 et 168, Burs. l. c. I p. 206 sqq.

VIII 36, 2 ἔστι δὲ ἐν Μεθυδρίῳ Ποσειδῶνός τε Ἱππίου ναός. οὗτος μὲν ἐπὶ τῷ Μυλάοντί ἐστι· τὸ δὲ ὄρος τὸ Θαυμάσιον καλούμενον κεῖται μὲν ὑπὲρ τὸν ποταμὸν τὸν Μαλοίταν. cf. Curt. l. c. I p. 310, Burs. l. c. II p. 229.

I 19, 6 ἄνωθεν ὄρος ὑπὲρ τὸν Εἰλισσὸν ἀρχόμενον ἐκ μηνοειδοῦς καθήκει τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὴν ὄχθην εὐθύ τε καὶ

119) Cf. supra p. 20 sq. et Kalkm. l. c. p. 180.

120) L. c. II p. 115, 80.

121) ὑπό R Vt Lab, ὑπέρ in marg. R Vt La.

122) I. e. in Trophonii templo, quod in luco erat; cf. Paus. 39, 4.

διπλοῦν. 'a superiore stadii parte mons supra Ilisum ex lunata forma exorsus ad fluminis ripam decurrit recta duplicique linea'. nam 'trans Ilisum' si quis vertere vellet, quae quidem definitio non posset nisi ex Athenis ad dextram ripam sitis intellegi, sensu id careret propterea, quia Pausanias flumen iam traiecit paullo ante: διαβᾶσι δὲ τὸν Εἰλισσὸν χωρίον Ἄγραι καλούμενον καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. periegetae descriptio insuper stadio effosso confirmata est. cf. Burs. l. c. I p. 320, Wachsmuth. l. c. I p. 234, Milchhoefer. 'Athen' in Baumeisteri 'Denkmäl.' I p. 184, Lolling. 'Topogr. v. Ath.' in Muelleri 'Handbuch d. klass. Alt.' III p. 324.

IV 7, 5 τὸ δ' ἱππικὸν καὶ οἱ ψιλοὶ συμμίσγουσι μὲν κατὰ τὸ ὑπὲρ (ὑπό M Va) τὴν χαράδραν. pedites gravis armaturae manum conserere non poterant, quod inter utramque partem profundae erant fauces, equites autem et levis armaturae milites cominus pugnabant κατὰ τὸ ὑπὲρ τὴν χαράδραν; quibus verbis non potest nisi is locus significari, quo fauces in superiorem aliquem campum transeunt.

I 32, 7 ὑπὲρ δὲ τὴν λίμνην φάτναι εἰσὶ λίθου τῶν ἵππων τῶν Ἀρταφέρνους, καὶ σημεῖα ἐν πέτραις σκηνῆς. supra paludem praesaepia Artaphernis equorum vestigiaque tabernaculi apparuisse addita verba λίθου atque ἐν πέτραις probant. et reapse Lollingius [123]) in colle super paludem Marathoniam ad 'Kato Suli' vicum sito rupes quasdam invenit ita formatas, ut facile inde populus praesaepiorum cogitationem animo concipere potuerit.

VII 25, 5 μετὰ δὲ Ἑλίκην ἀποτραπήσῃ τε ἀπὸ θαλάσσης [124]) ἐς δεξιὰν καὶ ἥξεις ἐς τὸ πόλισμα Κερύνειαν· ᾤκισται δὲ ὑπὲρ τὴν λεωφόρον ἐν ὄρει. oppidulum hoc a dextra manu supra viam militarem in monte, ut ruinae eius ostendunt, situm

---

[123]) Ath. Mitt. I 1876 p. 80.

[124]) I. e. a via militari; cf. § 8.

erat, non ultra viam; quae quidem definitio plane supervacanea esset praegressis verbis ἀποτραπήσῃ τε ἀπὸ θαλάσσης ἐς δεξιάν. cf. Curt. l. c. I p. 467; 449, Burs. l. c. II p. 335.

VII 23, 4 ὀλίγον δὲ ὑπὲρ τὴν λεωφόρον Ῥυπῶν ἐστὶ τὰ ἐρείπια. Rhypum vestigia paullulum super viam militarem etiamnunc oculis se offerunt. cf. Curt. l. c. I p. 458 sq., Burs. l. c. II p. 330.

III 21, 1 ὁ τάφος (Ladae) ἐστὶν ὑπὲρ τὴν λεωφόρον. Ladae sepulcrum etsi Pausania auctore ibi erat, ubi Eurotae alveus proxime ad viam militarem accedebat[125]), vix tamen in hac, i. e. dextra parte viae, quaerendum est, sed in altera et quidem, cum hic montium radices se porrigant, supra viam. cf. Curt. l. c. II p. 253 sq., Burs. l. c. II p. 115, Baedekeri 'Griechenland'[2] p. 292.

II 12, 2 ἔστιν ὀλίγον ὑπὲρ τὴν ὁδὸν ἐν ἀριστερᾷ Ποσειδῶνος ἱερόν, i. e. supra viam; nam notio 'jenseits' iam verbis ἐν ἀριστερᾷ continetur. cf. Curt. l. c. II p. 498, Burs. l. l. II p. 30.

Quae nunc afferam exempla (X 25, 5—X 31, 8 sq.), sumpta sunt ex descriptione duarum tabularum in aedificio Delphico, quae Lesche vocabatur, a Polygnoto pictarum (X 25, 1—c. 31 extr.). ex hac descriptione, praesertim secundae tabulae, plane intellegitur periegetam ab inferioribus partibus tabularum ad superiores progressum rursusque ad illas reversum, ut ὑπό cum dat., ὑπό cum acc. locutionesque κατωτέρω, ἀποβλέψαντι δὲ αὖθις ἐς τὰ κάτω τῆς γραφῆς, ἐν δὲ τοῖς κάτω τῆς γραφῆς eadem notione adhibet, ita ὑπέρ cum gen., ὑπέρ cum acc. locutionesque ἄνωθεν, ἐπάνω, ἀνωτέρω, εἰ δὲ ἀπίδοις πάλιν ἐς τὸ ἄνω τῆς γραφῆς promiscue usurpare. cf. quod Gebhardtus 'Die Komposition der Gemälde des Polygnot in der Lesche z. Delphi' l. l. p. 7 sq. de ὑπέρ praepositione disseruit.

---

[125]) Τοῦ Εὐρώτα τὸ ῥεῦμα ἐγγυτάτω τῆς ὁδοῦ γίνεται.

X 25, 5 κάθηται δὲ ὑπὲρ τὴν Ἑλένην — ἀνήρ (Helenus) —. πλησίον δὲ τοῦ Ἑλένου Μέγης ἐστί —. γέγραπται δὲ καὶ Λυκομήδης παρὰ τὸν Μέγητα —. τέτρωται δὲ καὶ Εὐρύαλος —. οὗτοι μὲν δὴ ἀνωτέρω τῆς Ἑλένης εἰσὶν ἐν τῇ γραφῇ· ἐφεξῆς δὲ τῇ Ἑλένῃ Aethra et Demophon sunt. haec verba omnem dubitationem tollunt, quae ὑπέρ praepositionis hic sit vis. Helenus, Meges, Lycomedes, Euryalus sunt supra Helenam, i. e. Helenae symplegma, picti; nam cum ὑπὲρ τὴν Ἑλένην repetatur vocabulis ἀνωτέρω τῆς Ἑλένης, inter utramque locutionem nihil potest discriminis esse. notio autem 'jenseits' exclusa est propterea, quia in eadem linea, in qua Helena, (ab altera Helenae parte) Aethra et Demophon stant. cf. Gebh. l. c. p. 9 sq.

Pausanias, postquam Laodicae, labri, Medusae, anus, quae figurae in infimo tabulae ordine erant, mentionem fecit, sic pergit X 27, 1: νεκροὶ δέ, ὁ μὲν γυμνὸς Πῆλις ὄνομα ἐπὶ τὸν νῶτόν ἐστιν ἐρριμμένος, ὑπὸ δὲ τὸν Πῆλιν Ἠϊονεύς τε κεῖται καὶ Ἄδμητος —. ἄλλοι δὲ ἀνωτέρω τούτων, ὑπὲρ μὲν τὸ λουτήριον Λεώκριτός ἐστιν —, ὑπὲρ δὲ Ἠϊονέα τε καὶ Ἄδμητον Κόροιβος. iure SW., Sch., alii ὑπὲρ μὲν τὸ λουτήριον receperunt; primum enim haec lectio in melioribus codicibus Pc Ag M Lb exstat[126]), deinde generalis notio ἄλλοι δὲ ἀνωτέρω τούτων, qua sequentes figuras superiorem locum tenere quam antecedentes (Pelidem, Eïoneum, Admetum) significatur, non in ὑπὸ μὲν τὸ λουτήριον — ὑπὲρ δὲ Ἠϊονέα τε καὶ Ἄδμητον dissolvi potest, cum et labrum et Pelis in infima tabulae linea picta fuerint, sed in ὑπὲρ μὲν — ὑπὲρ δέ. praepositionem autem hanc cum accus. coniunctam a Pausania eadem vi usurpari, qua ἀνωτέρω, exemplum antecedens X 25, 5 docet confirmatque describendi ratio ab imo ad summum procedens (§ 1 ἀνωτέρω τούτων, § 2 ἐπάνω τοῦ Κοροίβου). cf. Gebh. l. l. p. 15. ceterum quod hic vir doctus

[126]) ὑπό Vab La.

p. 4, adn. 5 pro traditis verbis ὑπὸ δὲ τὸν Πῆλιν scribendum esse arbitratur ὑπὲρ δὲ τὸν Πῆλιν, cum Coroebus supra Eïoneum et Admetum esse non possit, si hi sub Pelide sint: ego hanc mutationem necessariam non habeo. nam ex ipsis verbis ὑπὲρ δὲ Ἠϊονέα τε καὶ Ἄδμητον Κόροιβος et ex plurali numero τούτων, qui omnes tres, Pelidem Eïoneum Admetum, complectitur, me iudice colligendum est Eïoneum et Admetum cum Pelide unum symplegma ita effecisse, ut Pelis paullulo superior quam reliqui esset. hoc modo explicata verba a Pausania non sunt aliena.

X 26, 2 γεγραμμέναι δὲ ἐπὶ κλίνης ὑπὲρ ταύτας (Clymenen, Creüsam, Aristomachen, Xenodicen) Δηϊνόμη τε καὶ Μητιόχη καὶ Πεισίς ἐστι καὶ Κλεοδίκη. scriptor, postquam figuras in infima linea tabulae pictas ab Aethra usque ad Nestorem enumeravit, transit ad Clymenen, Creüsam, Aristomachen, Xenodicen, quae supra illas (ἄνωθεν τούτων) sunt, deinde supra has (ὑπὲρ ταύτας, quae verba variandae orationis causa pro ἄνωθεν τούτων dicta sunt) Deïnomen, Metiochen, Peisin, Cleodicen commemorat; nam § 4 oculos rursus convertit ad figuras in infima linea collocatas[127]). cf. Gebh. l. c. p. 12.

X 29, 8 ὑπὲρ δὲ τὴν Ἐριφύλην ἔγραψεν Ἐλπήνορά τε καὶ Ὀδυσσέα ὀκλάζοντα ἐπὶ τοῖς ποσίν. confer quae dixi de loco X 29, 7 p. 42 sq.

X 30, 3 ὑπὲρ δὲ τὸν Ἀχιλλέα Πάτροκλός ἐστιν ἑστηκώς. Patroclus cum antea nominatis Antilocho, Agamemnone, Protesilao, Achille unum symplegma explet, cum neque Patroclus ab Achille amico segregari potuerit et postea Patroclus ceterique comprehendantur verbis: οὗτοι πλὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος οὐκ ἔχουσι γένεια οἱ ἄλλοι et γέγραπται δὲ ὑπὲρ αὐτοὺς Φῶκός τε — καὶ Ἰασεύς. itaque Patroclus

[127]) Κατ' εὐθὺ δὲ τοῦ ἵππου τοῦ παρὰ τῷ Νέστορι ('geradeaus von dem Pferde', i. e. in eadem linea atque equus; cf. Gebh. l. c. p. 14) Νεοπτόλεμος ἀπεκτονὼς ἐστιν Ἔλασον.

paullo superior erat Achille sedente ad eundem modum, ad quem X 25, 4 Διομήδη ὑπὲρ αὐτῆς (Briseïdis) fuisse dicitur. cf. p. 42 et Gebh. l. c. p. 29; 8.

X 30, 4 sq. γέγραπται δὲ ὑπὲρ αὐτοὺς (Antilochum, Agamemnonem, Protesilaum, Achillem, Patroclum) Φωκός τε — καὶ Ἰασεύς —. ὑπὲρ τούτους (τούτου La) Μαιρά ἐστιν ἐπὶ πέτρᾳ καθεζομένη —. ἐφεξῆς δὲ τῆς Μαιρᾶς Ἀκταίων ἐστὶν — καὶ ἡ τοῦ Ἀκταίωνος μήτηρ — ἐπὶ δέρματι ἐλάφου καθεζόμενοι. periegeta Antilocho, Agamemnone, Protesilao, Achille, Patroclo recensis in superiores tabulae partes oculos convertit; et primum quidem supra illos Phocum et Iaseum [128]), deinde supra hos Maeram, Actaeonem eiusque matrem conspicit. nam in inferiores partes § 6 redit (ἀποβλέψαντι δὲ αὖθις ἐς τὰ κάτω τῆς γραφῆς ἐστιν ἐφεξῆς μετὰ τὸν Πάτροκλον — Ὀρφεύς), et Actaeonem in superiore tabulae parte fuisse apertissime dicit X 31, 1: εἰ δὲ ἀπίδοις πάλιν ἐς τὸ ἄνω τῆς γραφῆς ἐστιν ἐφεξῆς τῷ Ἀκταίωνι Αἴας. cf. Gebh. l. l. p. 29

X 31, 8 sq. ὑπὲρ δὲ τὸν Σαρπηδόνα τε καὶ Μέμνονα, ἐστιν ὑπὲρ αὐτοὺς Πάρις —. ἔστι δὲ καὶ ἡ Πενθεσίλεια ὁρῶσα ἐς τὸν Πάριν —. αἱ δὲ ὑπὲρ τὴν Πενθεσίλειαν φέρουσαι μέν εἰσιν ὕδωρ. Hector, Sarpedon, Memnon infimam tabulae lineam occupabant; ab his Pausanias, qua utitur describendi ratione, oculos denuo ad superiores figuras derigit: ad Paridem et Penthesileam, qui paullo altiorem Sarpedone Memnoneque locum tenebant — eidem enim symplegmati tribuendi sunt —, deinde ad feminas, quae supra Penthesileam aquam portabant.

---

[128]) Ruegerus l. l. p. 53 ad X 30, 4 et X 29, 8 (v. supra) haec adnotat: 'Die Namen der Figuren auf den Gemälden standen über den betreffenden Figuren. Bei dieser katalogartigen Bestimmung steht ebenfalls ὑπέρ, so z. B. X 30, 4 γέγραπται δὲ ὑπὲρ αὐτούς, X 29, 8'. hic manifestus est error; neque enim de nominibus figurarum, sed de figuris ipsis dicitur: γέγραπται et ἔγραψεν his locis non valent 'scriptus est' et 'scripsit', sed 'pictus est' et 'pinxit'.

nam § 10 pergit scriptor: τῶν γυναικῶν ἀνωτέρω τούτων ἐστὶν ἡ Λυκάονος Καλλιστὼ καὶ Νομία τε καὶ ἡ Νηλέως Πηρώ, et inde ab huius paragraphi fine tabula picta a summo ad imum rursus describitur. cf. Gebh. l. l. p. 30.

VIII 41, 10 ἔστι δὲ ὑπὲρ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικουρίου χωρίον[129]) Κώτιλον μὲν ἐπίκλησιν, Ἀφροδίτη δέ ἐστιν ἐν Κωτίλῳ· καὶ αὐτῇ ναός τε ἦν οὐκ ἔχων ἔτι ὄροφον καὶ ἄγαλμα ἐπεποίητο. Cotilum locus erat supra templum Apollinis paullo infra summum Cotilii montis cacumen situs, ubi vestigia sacri etiamnunc conspiciuntur. cf. Rossius 'Reisen u. Reiserouten durch Griechenl.' p. 100 sq., Curt. l. l. I p. 324 sq., Burs. l. l. II p. 255.

II 17, 7 ἔστι δὲ ὑπὲρ τὸν ναὸν τοῦτον (sc. recentius Heraeum) τοῦ προτέρου ναοῦ θεμέλιά τε καὶ εἰ δή τι ἄλλο ὑπελίπετο ἡ φλόξ. periegetam his verbis superiorem montis Euboeae aream significare ex loco qui est c. 17, 1 intellegitur, ubi inferior area, in qua recentius Heraeum aedificatum erat, indicatur: αὐτὸ δὲ τὸ ἱερόν ἐστιν ἐν χθαμαλωτέρῳ τῆς Εὐβοίας[130]), et confirmatur id inde, quod in duobus Euboeae gradibus, quorum alter sub altero est, reliquiae utriusque templi etiam hodie exstant. cf. Curt. l. c. II p. 397 sq., Burs. l. c. II p. 47 sq., Steffeni et Lollingii 'Kart. v. Myk.' p. 39.

IX 22, 2 εὖ δέ μοι Ταναγραῖοι νομίσαι τὰ ἐς τοὺς θεοὺς μάλιστα δοκοῦσιν Ἑλλήνων· χωρὶς μὲν γὰρ αἱ οἰκίαι σφίσι,

---

[129]) χωρίον inserui, quod litteris antecedentibus — κουρίου oppressum esse puto. haec coniectura facilior mihi videtur quam Schubarti, qui in apparatu critico editionis suae haec adnotat: 'locus corruptus; nunquam, quantum reminiscor, Pausanias ἐπίκλησις ponit pro ὄνομα; fortasse: . . Ἐπικουρίου Κώτιλον ὀνομαζόμενον (hoc verbum partim syllaba praecedente absorptum est, partim latet in μεν)· Ἀφροδίτη τέ ἐστιν ἐν Κωτίλῳ ἐπίκλησιν, καὶ αὐτῇ . .' nec probabilius duco, quod coniecit Bursianus l. l. II p. 255, 2: Κωτιλὼ μὲν ἐπίκλησιν, Ἀφροδίτη δέ ἐστιν ἡ Κωτιλώ.

[130]) Cf. VII 27, 1.

χωρὶς δὲ τὰ ἱερὰ ὑπὲρ αὐτάς[181]) ἐν καθαρῷ τέ ἐστι καὶ ἐκτὸς ἀνθρώπων. Tanagram sitam fuisse in deiectis partibus haud ita alti collis, cuius alterum gradum Tanagraei ipsi incolerent, alterum illi superpositum sacra aedificia obtinerent, ostendunt reliquiae etiamnunc conspicuae. cf. Ulrichs. l. l. II p. 69, Burs. l. l. I p. 222.

V 13, 7 Πέλοπος δὲ ἐν Σιπύλῳ μὲν θρόνος ἐν κορυφῇ τοῦ ὄρους ἐστὶν ὑπὲρ τῆς Πλαστήνης μητρὸς τὸ ἱερόν. scripturam Πλαστήνης in omnibus libris praeter La, qui Πλαστάνης exhibet, traditam, sed variis virorum doctorum coniecturis attemptatam prorsus incorruptam sanamque esse docent duae inscriptiones haece, anno 1887 horae intervallo a Magnesia orientem versus ad Sipylum montem supra Hermi fluminis planitiem effossae: Μητροδώρα Ἀπολλᾶ Μητρὶ Πλαστήνῃ εὐχήν[132]) et Μητρὶ θεῶν Πλαστήνῃ Καλβείσιος Ὀρφεὺς ἀνέθηκεν[133]). quaestio autem, quae erat de loco, quo solium Pelopis positum fuisset, persoluta est a C. Humanno[134]), cuius de ea re observationes etiam alii viri docti comprobaverunt[135]). verbis ἐν Σιπύλῳ enim Pausanias eum montem significat, qui tamquam murus immensus super Magnesiam assurgens proprie Sipylus ab antiquis vocatur[136]), verba autem ἐν κορυφῇ τοῦ ὄρους non, ut nonnulli censuerunt, de summo huius montis vertice intellegenda sunt, sed de uno culminum eius, quod ab orientali Magnesiae latere lacui, quem Humannus pro Saloë a Plinio n. h. V 117 et Pausania VII 24, 13 commemorata habet, imminet. in hoc culmine Humannus solium repperit, et quidem supra

---

[181]) Sic e corr. Bekk.; αὐτῆς Vab M Pc Ag Lab.

[132]) Bull. de corresp. hell. XI (1887) p. 300 sq., Ath. Mitt. XII (1887) p. 271.

[133]) Ath. Mitt. l. c. p. 253, 17.

[134]) 'Die Tantalosburg i. Sipylos', Ath. Mitt. XIII (1888) p. 22 sqq.

[135]) Cf. l. c. p. 37.

[136]) Cf. l. c. p. 26 sq.

Plastenae, Deorum Matris, sacrum; nam sub ipsis radicibus eius montis, in quo thronus etiamnunc insculptus exstat, in ripa rivi, qui 'Jarik-kaïa-tschai' dicitur, locus ille patet, quo ante paucos annos et inscriptiones, quas attulimus, et dona Plastenae oblata, quin etiam aedificium quoddam detecta sunt[137]); et si M. Schweisthalii opinio[138]) vera est, hoc aedificium est sacrum Deorum Matris: sin minus, certe templum rebus repertis proximum fuisse apparet.

II 4, 7 ὑπὲρ τοῦτο (sc. τὸ Ἀνάγκης καὶ Βίας ἱερόν) Μητρὸς θεῶν ναός ἐστι [καὶ στήλη] καὶ θρόνος. Deorum Matris templum exstructum erat in una arearum acclives partes Acrocorinthi occupantium supra Necessitatis Violentiaeque aedem; nam huic periegeta arcem ascendens obviam it primum[139]). v. Curt. l. c. II p. 533, Burs. l. c. II p. 17.

VIII 37, 10 ὑπὲρ δὲ τὸ καλούμενον Μέγαρόν ἐστιν ἄλσος τῆς Δεσποίνης ἱερόν. — ὑπὲρ δὲ τὸ ἄλσος καὶ Ἱππίου Ποσειδῶνος — καὶ θεῶν ἄλλων εἰσὶ βωμοί. si consideraveris, quae ante haec verba quaeque post dicuntur, scriptorem perspicies solo variandae orationis studio adductum eadem plane significatione modo ἐπαναβάντι, modo ὑπέρ cum acc., modo ἀναβῆσῃ, modo ἀνωτέρω posuisse. qui postquam ex urbe Acacesio discessit, paullatim deiecta Lycosurae montis loca ascendit ab altero gradu ad alterum, cum aedificia et quaecumque ibi sunt perlustrat, quoad montis iugum attigit; confer enim c. 37, 1 sqq. πρῶτα μὲν δὴ αὐτόθι Ἡγεμόνης ναός ἐστιν Ἀρτέμιδος —. ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὸν ἱερὸν περίβολον τῆς Δεσποίνης ἐστὶν ἔσοδος. ἰόντων δὲ ἐπὶ τὸν ναὸν στοά τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ —. πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ Δήμητρί τέ ἐστι βωμὸς καὶ ἕτερος Δεσποίνῃ cett.; templo Despoenae descripto Pausanias pergit § 8 sqq.: παρὰ δὲ τὸν ναὸν τῆς Δεσποίνης ὀλίγον

---

137) Cf. Ath. Mitt. XII (1887) p. 271 sqq. et 252, 16 et 17.

138) Rev. arch. XV (1890) p. 390 sqq.

139) Cf. II 4, 6 ἀνιοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον; 5, 1 ἀνελθοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον.

ἐπαναβάντι ἐν δεξιᾷ Μέγαρόν ἐστι καλούμενον —. ὑπὲρ δὲ τὸ καλούμενον Μέγαρόν ἐστιν ἄλσος τῆς Δεσποίνης ἱερόν —. ὑπὲρ δὲ τὸ ἄλσος — εἰσὶ βωμοί. — ἐντεῦθεν δὲ ἀναβήσῃ διὰ κλίμακος ἐς ἱερὸν Πανός cett. ἀνωτέρω δὲ ὀλίγον τείχους τε περίβολος τῆς Λυκοσούρας ἐστί. quae descriptio ad montis naturam est aptissima; cf. Curt. l. c. I p. 296 sq., Burs. l. c. II p. 237 sqq. nuper templum Despoenae erutum est; ante id autem supraque videntur inventa esse vestigia hac Megari, quod vocabatur, illac porticus a periegeta memoratae. cf. 'Αρχ. Δελτ. 1889 p. 159 sqq. et 1890 p. 99 sq., Ath. Mitt. XV (1890) p. 230.

I 18, 2 ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν[140]) 'Αγλαύρου

---

[140]) τὸ ἱερόν refero ad verba antecedentia, non, ut Wachsmuthius l. l. I p. 219, ad insequentia, quamquam ὑπὲρ τῶν Διοσκούρων pro ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τῶν Δ. dici posse confiteor (cf. Paus. VIII 32, 3 supra p. 40); sed articulus vocabulo ἱερόν praepositus, qui necessario ad aliquid iam commemoratum pertinet, Wachsmuthii opinionem refutat. quodsi quis huic rei apud Pausaniam non ita multum tribuendum esse censeat, alterum argumentum ad probandam meam sententiam suppeditat. nam ἱερόν voci τέμενος additum cum per se supervacaneum est, tum scriptoris usui dicendi repugnat. solus enim, quantum memini, locus, quo τέμενος ἱερόν traditum exstat, est III 26, 7 ἀπέχει δὲ Καρδαμύλη θαλάσσης μὲν ὀκτὼ σταδίους, Λεύκτρων δὲ καὶ ἑξήκοντα. ἐνταῦθα οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ τέμενος ἱερὸν τῶν Νηρέως θυγατέρων ἐστίν. sed hic ego quidem inter τέμενος et ἱερόν inserendum esse arbitror illud καί, quod margini haud dubie aliquando adscriptum in codicibus Pc Vb (?) Ag Lb inepte ante ἑξήκοντα comparet, cum in Va et M plane omissum, in La autem in ἤ mutatum sit. quod vero Schubartus et Walzius interrogant: 'num forte η' (i. e. ὀκτὼ) καὶ ἑξήκοντα?', ipsius ego Schubarti verba, quibus de simili quadam Schaeferi coniectura usus est (vide eum ad VIII 10, 2), mea facio: 'neque (hoc) rationes criticae suadent, cum apud Pausaniam omnes coniecturae e signis numeralibus derivatae suspectae sint fidei'. ad verba τέμενος καὶ ἱερόν confer VII 20, 7 τέμενός ἐστιν 'Αρτέμιδος καὶ ναὸς Λιμνάτιδος; II 29, 1 τέμενος δή ἐστιν 'Ασκληπιοῦ καὶ ἀγάλματα ὁ θεὸς αὐτὸς καὶ 'Ηπιόνη; VIII 30, 2 περίβολος (idem § 3 τέμενος vocatur) δέ ἐστιν ἐν ταύτῃ (sc. τῇ ἀγορᾷ) λίθων καὶ ἱερὸν Λυκαίου Διός; II 11, 4

τέμενός ἐστιν. Pausaniam ex Castorum sacro ad Aglauri ascendere inde intellegitur, quod, postquam prytaneum Aglaurio finitumum spectavit, in inferiores urbis partes descendit (v. § 4 ἐντεῦθεν ἰοῦσιν ἐς τὰ κάτω τῆς πόλεως). et testantur alii quoque scriptores Anaceum non procul a fori Atheniensis latere, quod inter meridiem et orientem vergebat, sub arcis Athenarum radicibus, Aglaurium autem sub ipsis rupibus arduis non procul a superficie arcis fuisse. cf. Burs. l. l. I p. 294 sq., Wachsmuth. l. l. I p. 219 sqq., Milchhoeferus 'Athen' l. l. I p. 171 sq., Lollingius 'Topogr. v. Athen' l. l. III p. 320.

IX 11, 7 ὑπὲρ δὲ τὸν Σωφρονιστῆρα λίθον βωμός ἐστιν Ἀπόλλωνος ἐπίκλησιν Σποδίου: 'supra lapidem Sophronistera', i. e. in declivibus partibus collis occidentem versus a Sancti Nicolai aede assurgentis vel in summo colle; nam Apollinis Spodii aram oraculumque Pausanias adit, postquam Herculis delubrum citra illum collem loco demisso situm, cui cum alia monumentatum Sophronistera attribui necesse est, reliquit et antequam ad Minervae Oncae aram et simulacrum, quae ante portas Ogygias trans collem ponenda sunt,

---

διαβᾶσι τὸν Ἀσωπόν ἐστιν ἄλσος πρίνων καὶ ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνὰς — ὀνομάζουσι; II 13, 3 ἔστι γὰρ ἐν τῇ Φλιασίων ἀκροπόλει κυπαρίσσων ἄλσος καὶ ἱερὸν ἁγιώτατον ἐκ παλαιοῦ; IX 24, 4 Ἀπόλλωνός ἐστιν ἐνταῦθα ναός τε καὶ ἄλσος; ibid. νυμφῶν δὲ ἱερὸν ἐπὶ τῇ πηγῇ καὶ ἄλσος οὐ μέγα ἐστίν; II 13, 5 ἐν δὲ αὐτῷ (sc. περιβόλῳ ἐστί) ναός τε καὶ ἄγαλμα Δήμητρος καὶ τῆς παιδός; II 3, 6 ἔστιν ἰδεῖν — ναὸς καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν Ἀπόλλωνος; II 13, 5 Δήμητρός ἐστιν ἱερὸν καὶ καθήμενα ἀγάλματα ἀρχαῖα; cett. restat, ut de loco V 6, 5 dicam: κατοικήσας δὲ ἐν Σκιλλοῦντι τέμενός τε [καὶ] ἱερὸν καὶ ναὸν Ἀρτέμιδι ᾠκοδομήσατο Ἐφεσίᾳ, ubi τέμενος ἱερόν verba coniuncta habemus, si quidem Schubartum recte traditum καί delevisse concedimus. codicum lectionem corruptam esse manifestum est; sed tantum abest, ut Schubarti coniecturae adstipulemur, ut Sylburgii potius emendationem τέμενός τε καθιέρωσε καὶ ναὸν — ᾠκοδομήσατο cum Claviero recipiendam ducamus.

pervenit. cf. Fabricii 'Theben, e. Untersuch. über d. Topogr. u. Gesch. der Hauptstadt Böot.' prog. acad. Friburg. 1890 p. 22 et 28.

VII 27, 3 ὑπὲρ δὲ τὸν ναὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστὶν ἄλσος περιῳκοδομημένον τείχει Σωτείρας ἐπίκλησιν Ἀρτέμιδος. lucus Dianae Sospitae erat ad viam, quae ex Pellenensium portu Aristonautis sursum tendebat ad aream sublimem, in qua Pellene urbs patebat (cf. § 1 sq.). fortasse lucum ingressus ipsam hanc aream intravit periegeta, quippe qui § 4 templa, quibus forum exornatum erat, recenseat. cf. Curt. l. c. I p. 482 sq., Burs. l. c. II p. 341.

III 12, 8 Ἀπόλλων δὲ ὑπὲρ αὐτὸ[141]) (sc. Telluris templum) ἵδρυται Μαλεάτης. post Apollinem Maleaten ἐπὶ τῷ πέρατι Ἀφεταΐδος, ἐγγύτατα ἤδη τοῦ τείχους aedes Dictynnae commemoratur. cum vero veteris Spartae moenia et Dictynnae aedes in Spartae quae nunc est collibus posita fuerint[142]), templum Apollinis in his investigandum esse mihi videtur.

II 32, 6 διαβὰς δὲ καὶ ἐς τὴν Τροιζηνίαν ναὸν ἴδοις ἂν Ἴσιδος καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Ἀφροδίτης Ἀκραίας. verba διαβὰς δὲ καὶ ἐς τὴν Τροιζηνίαν indicant periegetam ex Troezenis moenibus prodire[143]). sed cum paucis verbis ante ex arce degressus sit[144]), templa Veneris et Isidis sub eius radicibus alterum super alterum collocanda esse videntur, cui coniecturae convenit Veneris cognomen Ἀκραία[145]). v. Curt. l. c. II p. 437.

II 32, 8 ὑπὲρ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος τὸν ναόν ἐστι Δημήτηρ Θεσμοφόρος. ager Troezenius, in quo extra urbis muros

---

141) αὐτῷ La, deinde ὕδρυται Ag, ὁ ἵδρυται Vb: fortasse scripserat Pausanias ὑπὲρ αὐτοῦ; nam hinc videtur illud ο ortum esse.

142) Cf. Curt. l. c. II p. 243 sq.

143) Cf. § 8: ἔστι δὲ ἔξω τείχους καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Φυταλμίου.

144) Cf. κατιόντων δὲ αὐτόθεν cett.

145) Cf. II 7, 5: Τύχη Ἀκραία in Sicyonis arce, 24, 1: Ἥρα Ἀκραία in Argorum.

utrumque templum situm erat, paullatim ab infimis montibus ad mare demittitur[146]; itaque Neptuni aedem paullo inferiorem fuisse Cereris sacro facile intellegimus. cf. Curt. l. l. II p. 438.

II 20, 8 ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρον Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερόν. scriptor in percensendis aedificiis et monumentis, quibus Argorum forum circumdatum erat, usque ad theatrum Larisae arci subiectum progressus, postquam acclives Larisae partes ascendit, supra theatrum in illa haud dubie area, quam nunc Sancti Georgii sacellum occupat, Veneris templum conspicit; postea enim (21, 1) descriptio fori continuatur his verbis: κατελθοῦσι δὲ ἐντεῦθεν καὶ τραπεῖσιν αὖθις ἐπὶ τὴν ἀγοράν. cf. Curt. l. l. II p. 357 sq., Burs. l. l. II p. 52. similiter, sed ὑπέρ praepositione cum genet. coniuncta, V 12, 4 dicitur: Ἀντίοχος, οὗ δὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Ἀθήνῃσιν ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργὼν ἐστιν ἀνάθημα (v. supra p. 40).

II 4, 5 ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρόν ἐστιν ἱερὸν Διὸς Καπετωλίου. Corinthiorum theatrum apparet in Acrocorinthi radicibus insculptum fuisse, cum pleraque aedificia a laeva parte viae e foro urbis Sicyonem ferentis sita fuisse necesse sit[147]. supra id igitur Iovis Capitolini templum cernebatur. nam si periegetae Sicyonem versus migranti templum ultra theatrum prope ipsam viam se obtulisset, situs aedificii ordine proximi non ex theatro, sed ex Iovis templo definiendus erat. at Pausanias commemorato hoc templo sic pergit: τοῦ θεάτρου δέ ἐστι τοῦδε οὐ πόρρω γυμνάσιον τὸ ἀρχαῖον. cf. Curt. l. c. II p. 531 sq., Burs. l. c. II p. 16, qui theatrum in dextra viae parte collocavit.

II 3, 1 ὑπὲρ δὲ τὴν ἀγοράν ἐστιν Ὀκταβίας ναός. spectatis aedificiis circa Corinthi forum positis Pausanias medio

---

[146]) Cf. § 9: καταβαίνουσι δὲ ἐπὶ τὸν λιμένα.
[147]) Cf. Curt. l. c. II p. 532.

in foro Minervam aëneam videt, deinde super id ideoque in declivibus Acrocorinthi, cuius sub radicibus urbs erat, partibus Octaviae templum, non ultra forum; ex hoc enim secunda demum paragrapho secedit verbis ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐξιόντων. cf. Curt. l. c. II p. 532.

I 14, 6 ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν καὶ στοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον ναός ἐστιν Ἡφαίστου. Volcani templum teste Andocide de myst. 40 [148]) locum editiorem obtinebat, et quidem supra forum ideoque etiam supra porticum regiam; nam secundum Harpocrationem s. v. Κολωνέτας mercennarii onsistebant παρὰ τῷ Κολωνῷ —, ὅς ἐστι πλησίον τῆς ἀγορᾶς, ἔνθα τὸ Ἡφαιστεῖον καὶ τὸ Εὐρυσάκειόν ἐστι [149]). iam vero cum porticus regia in occidentali fori latere collocetur necesse sit, postquam per dipylum Athenas ingressum esse periegetam nos recte docuit B. Schmidtius [150]), locus superior, in quo Volcani templum erat, manifesto collis is est, qui vocatur Thesei [151]). nec improbabile est ipsum illud templum, quod etiam hodie in Thesei clivo exstat, Volcano vindicandum esse [152]).

X 36, 10 ἔστι δὲ ὑπὲρ τὴν ἀγορὰν (Anticyrae) ἐν φρέατι ὕδατος πηγή. puteum supra forum fuisse confirmari mihi videtur verbis insequentibus his: ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀνωτέρω τοῦ φρέατος — μνῆμα. cf. Burs. l. c. I p. 182.

X 25, 1 ὑπὲρ δὲ τὴν Κασσοτίδα ἐστὶν οἴκημα γραφὰς ἔχον τῶν Πολυγνώτου, — καλεῖται δὲ ὑπὸ Δελφῶν Λέσχη;

---

[148]) Ἰδὼν δὲ Εὔφημον — ἐν τῷ χαλκείῳ καθήμενον, ἀναγαγὼν αὐτὸν εἰς τὸ Ἡφαιστεῖον.

[149]) Cf. Poll. VII 132.

[150]) 'Die Thorfrage i. d. Topograph. Ath.' progr. acad. Friburg. 1879.

[151]) Cf. Burs. l. c. I p. 287 sq., Curtius 'Erläuternd. Text der 7 Kart. z. Topogr. v. Ath.' p. 51 sq., Wachsmuth. l. c. I p. 177, Weizsaeckerus 'Die Beschreib. des Marktes v. Ath. u. die Enneakrunosepisod. b. Paus.', Jahrb. f. Phil. u. Pädag. 1887 p. 593, Lollingius 'Topogr. v. Ath.' l. c. III p. 318, 3.

[152]) Cf. Lolling. l. c.

26, 4 Νεοπτόλεμον δὲ μόνον τοῦ Ἑλληνικοῦ φονεύοντα ἔτι τοὺς Τρῶας ἐποίησεν ὁ Πολύγνωτος, ὅτι ὑπὲρ τοῦ Νεοπτολέμου τὸν τάφον ἡ γραφὴ πᾶσα ἔμελλεν αὐτῷ γενήσεσθαι: in utroque loco situs Leschae Delphicae vel, quod idem est, tabularum in hoc aedificio a Polygnoto pictarum praepositione ὑπέρ cum acc. nexa describitur[153]). qua quidem notionem 'oberhalb' contineri cum natura sacri periboli qui dicitur Apollinis[154]), tum ratio, qua templo Apollinis conspecto ceterae res a periegeta perlustrantur, probat. e templo enim hoc egressus ad laevam deflectens Neoptolemi sepulcrum adit deinde ascendit ad Saturni lapidem[155]), tum rursus ad templum versus degressus[156]) iterum ascendit ad Cassotidem fontem[157]); ὑπὲρ τὴν Κασσοτίδα autem Leschen spectat, qua spectata theatrum admiratur et relicto Apollinis peribolo pervenit ad stadium superiore loco situm[158]); denique c. 32, 2 summum in Parnasum se confert. ergo ab inferiore loco ad superiorem migrat. iam vero quid praepositio, de qua agimus, duobus his locis significare potest nisi 'oberhalb'? certe notio 'jenseits' plane vaga esset, quoniam altero loco scriptor nobis explicare studet, qua de causa Polygnotus unum omnium Graecorum Neoptolemum Troianos etiam trucidantem pinxerit. neque vero, cum haec verba facit, ultra sepulcrum eius, sed potius citra est, quippe qui in ipsa Lesche versetur.

---

[153]) Mira est ratio, qua Welckerus locum X 26, 4 explicavit (v. supra p. 2); de loci definitione sola agi iam Schubartus demonstravit (Zeitschr. f. d. Altertumswiss. 1855 p. 412; cf. etiam apparatum criticum editioni eius praemissum).

[154]) Cf. X 9, 1 Δελφοῖς δὲ ἡ πόλις ἄναντες διὰ πάσης παρέχεται σχῆμα· κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τῇ πόλει τῇ ἄλλῃ καὶ ὁ ἱερὸς περίβολος τοῦ Ἀπόλλωνος. οὗτος δὲ μεγέθει μέγας καὶ ἀνωτάτω τοῦ ἄστεώς ἐστι.

[155]) Cf. X 24, 6 ἐπαναβάντι δὲ ἀπὸ τοῦ μνήματος.

[156]) Cf. § 7 ἰοῦσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸν ναὸν αὖθις μετὰ τοῦ λίθου τὴν θέαν.

[157]) Cf. ibid. ἡ ἄνοδος ἐπὶ τὴν πηγήν.

[158]) Cf. c. 32, 1 ἐπαναβάντι δὲ ἐκ τοῦ περιβόλου cett.; στάδιον — ἀνωτάτω τῆς πόλεως.

huc accedit, quod Ulrichsius[159]) supra Cassotidem vestigia Leschae repperisse sibi visus est; cf. Burs. l. c. I p. 177 sq., H. Pomptovius 'Beiträge z. Topogr. v. Delphi' p. 40 sq.

II 3, 6 ὑπὲρ ταύτην πεποίηται τὴν κρήνην καὶ τὸ καλούμενον Ὠιδεῖον. cum via, quae e foro Corinthiorum Sicyonem ducebat, a dextra marginem areae sublimis, in qua Corinthus condita erat, a laeva radices Acrocorinthi haberet[160]), Odeum ad hanc viam situm Acrocorintho applicatum fuisse consentaneum est; quare facile fieri potest, ut supra Glaucae puteum fuerit. cf. Curt. l. c. II p. 531, Burs. l. c. II p. 16, qui Odeum cum ceteris aedificiis in dextra viae parte collocavit.

I 14, 1 ναοὶ δὲ ὑπὲρ τὴν κρήνην (sc. Ἐννεάκρουνον) ὁ μὲν Δήμητρος πεποίηται καὶ Κόρης, ἐν δὲ τῷ Τριπτολέμου κείμενόν ἐστιν ἄγαλμα. de horum templorum situ nihil certi dici poterit, quoad de ista ad Enneacrunum digressione, quae dicitur, controversia non erit dirempta. cf. Lolling. l. c. III p. 310 et 317 cum commentationibus ibi citatis, Weizsaecker. l. c. p. 606 sq.

VI 24, 1 ἑτέρα δὲ ἔξοδος ἐκ τοῦ γυμνασίου φέρει μὲν ἔς τε τὴν ἀγορὰν καὶ ἐπὶ τὸν Ἑλλανοδικεῶνα καλούμενον, ἔστι δὲ ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως τὸν τάφον. cf. VI 21, 3 ὑπὲρ τοῦ μνήματος ἐρείπια οἰκοδομημάτων (sc. ἐστίν). cum Elidis urbis topographia adhuc in dubio versetur, nihil certi de portae illius situ dici potest. vide Curt. l. c. II p. 29, Burs. l. c. II p. 304.

V 11, 7 ἐπὶ δὲ τοῖς ἀνωτάτω τοῦ θρόνου (Iovis Olympii) πεποίηκεν ὁ Φειδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος τοῦτο μὲν Χάριτας τοῦτο δὲ Ὥρας, τρεῖς ἑκατέρας. ex eis, quae de throno Iovis Olympii antea dicuntur, Gratias et Horas in postibus throni aversis stetisse videmus eodem modo, quo

[159]) 'Reisen u. Forschung.' I p. 39; 107.
[160]) Cf. Curt. l. l. II p. 532.

Magnetes saltantes in Apollinis Amyclaei throno [161]). itaque per se intellegitur verbis ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος significari supra caput simulacri eas locum habuisse, confirmaturque id etiam collato I 40, 4 loco ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός εἰσιν Ὧραι καὶ Μοῖραι, ubi opus simillimum describitur, ceterum genetivo praepositioni addito [162]). cf. Brunnii 'Gesch. d. griech. Künstl.'[2] p. 123, E. Peterseni 'Die Kunst des Pheid.' p. 352; 371, Overbeckii 'Gesch. d. griech. Plast.'[3] I p. 260.

IX 21, 2 σφίσιν (rhinocerotibus) ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ἓν ἑκάστῳ κέρας καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδὲ ἀρχὴν κέρατά ἐστι. cf. Imhoof-Blumer et O. Keller 'Tier- u. Pflanzenbilder auf Münzen u. Gemmen d. klass. Alt.' tab. IV 8. similiter scriptor ὑπέρ cum gen. usurpavit X 8, 8 τὸ τραῦμα τὸ ὑπὲρ τοῦ γόνατος.

II 17, 3 ὁπόσα δὲ ὑπὲρ τοὺς κίονάς ἐστιν εἰργασμένα, τὰ μὲν ἐς τὴν Διὸς γένεσιν καὶ θεῶν καὶ Γιγάντων μάχην ἔχει, τὰ δὲ ἐς τὸν πρὸς Τροίαν πόλεμον καὶ Ἰλίου τὴν ἅλωσιν. signa ex metopis elevata, quibus Heraeum decoratum erat, intellegit periegeta; nam V 10, 5 metopas significat verbis τῆς ὑπὲρ τῶν κιόνων περιθεούσης ζώνης [163]).

Dicet quispiam me nonnullis locis ὑπέρ praepositioni cum acc. coniunctae vim 'oberhalb' tribuisse, quibus fieri possit, ut 'über — hin' valeat, velut II 15, 3 ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν ὑπὲρ τὴν Πελλήνην, VIII 18, 7 ὑπὲρ τὴν Νώνακριν ὄρη καλούμενα Ἀροάνιά ἐστιν, II 17, 3 ὁπόσα ὑπὲρ τοὺς κίονάς ἐστιν εἰργασμένα. at hoc iure fecisse mihi videor propterea, quia Pausanias subtile illud antiquorum scriptorum in praepositionum usu inter genetivum et accusativum discrimen non iam sensit. nam ut taceam ὑπέρ particulae cum acc. conexae

---

[161]) Cf. III 18, 14 ἀνωτάτω δὲ χορὸς ἐπὶ τῷ θρόνῳ πεποίηται, Μάγνητες.

[162]) V. supra p. 44.

[163]) Cf. supra p. 41 sq.

semper fere verba commorandi addita esse: permultis locis, quibus genetivum exspectamus, quia de notione extensionis cogitari plane non potest, accusativus positus est nulla naturae, quae huic casui inest, ratione habita. itaque statuamus oportet scriptorem etiam reliquis locis, quibus accusativum posuit, quamquam genetivus quoque poni poterat, illo casu non usum esse ad notionem extensionis indicandam, sed quia studio tenebatur accusativum pro genetivo adhibendi. quae sententia eo quoque comprobatur, quod apud Pausaniam non solum eae praepositiones, quas et genetivus et accusativus sequi potest, in universum saepius cum hoc quam cum illo casu coniunctae exstant[164]), sed etiam omnino in usu praepositionum, pariter atque apud Polybium, Plutarchum aliosque posterioris graecitatis auctores, accusativus et genetivo et dativo praefertur. quae autem inter singulos casus apud Polybium, Plutarchum, Pausaniam intercedat ratio, usu ad artis arithmeticae regulas redacto numeri docere possunt hi:

Polyb.	dat. : gen. : acc.	= 1 : 2,2 : 4,5 [165]).
Plut.		= 1 : 1,04 : 2,02 [166]).
Paus.		= 1 : 1,02 : 1,5 [167]).

novum ad stabiliendam meam sententiam argumentum affero exemplorum genetivi et accusativi apud periegetam similitudinem. nam confer hos locos:

acc.	gen.
II 4, 6 ἀνιοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον, ἡ δέ ἐστιν ὄρους ὑπὲρ τὴν πόλιν (Corinthum) κορυφή, cett.	II 1, 6 τὴν δὲ ἄκραν Ἡλίῳ δόντα τὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως (Corinthi), i. e. Acrocorinthum.

[164]) Ratio inter singulos casus haec est: gen. : acc. = 1 : 3; cf. Ruegerus l. c. p. 17.

[165]) Cf. F. Krebsius 'Die Praeposit. b. Polyb.' in M. Schanzii 'Beiträge z. hist. Synt. d. griech. Sprache' I p. 7.

[166]) Ratio obiter habita est; cf. Ruegerus l. c. p. 16.

[167]) Cf. Ruegerus l. l. p. 15 sq.; 18.

acc.	gen.
IX 41, 6 ἔστι δὲ ὑπὲρ τὴν πόλιν κρημνὸς Πετραχὸς καλούμενος.	VIII 44, 5 τῷ λόφῳ τῷ ὑπὲρ τῆς πόλεως.
II 15, 3 καὶ ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν. VIII 18, 7 ὑπὲρ δὲ τὴν Νώνακριν ὄρη τε καλούμενα Ἀροάνια καὶ σπήλαιόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς.	II 25, 3 ὑπὲρ δὲ τῆς Οἰνόης ὄρος ἐστὶν Ἀρτεμίσιον. II 25, 10 ἔστι δὲ ὄρος ὑπὲρ τῆς Λήσσης τὸ Ἀραχναῖον.
III 22, 8 κώμη δὲ ὑπὲρ τὸ πόλισμά (sc. Μαριόν) ἐστιν ἐν μεσογαίᾳ καὶ αὐτή, Γλυππία.	X 38, 8 τούτων δὲ τῶν Λοκρῶν τοσαίδε ἄλλαι πόλεις εἰσίν, ἄνω μὲν ὑπὲρ Ἀμφίσσης πρὸς ἤπειρον Μυωνία.
I 32, 7 ὑπὲρ δὲ τὴν λίμνην φάτναι εἰσὶ λίθου τῶν ἵππων τῶν Ἀρταφέρνους καὶ σημεῖα ἐν πέτραις σκηνῆς.	IX 13, 3 Ἐπαμεινώνδας ἀντεκάθητο ὑπὲρ τῆς Κηφισίδος λίμνης.
VI 24, 1 ἑτέρα δὲ ἔξοδος ἐκ τοῦ γυμνασίου φέρει μὲν ἔς τε τὴν ἀγοράν cett., ἔστι δὲ ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως τὸν τάφον. X 26, 4 ὑπὲρ τοῦ Νεοπτολέμου τὸν τάφον ἡ γραφὴ πᾶσα ἔμελλεν αὐτῷ γενήσεσθαι.	VI 21, 3 ὑπὲρ τοῦ μνήματος (Oenomai) ἐρείπια οἰκοδομημάτων (ἐστίν).
II 4, 5 ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρόν ἐστιν ἱερὸν Διὸς Καπετωλίου. II 20, 8 ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρον Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερόν.	V 12, 4 Ἀντίοχος, οὗ δὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Ἀθήνησιν ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ καὶ ἐπ᾽ αὐτῆς ἡ Γοργὼν ἐστιν ἀνάθημα. II 32, 3 ναὸς ὑπὲρ αὐτοῦ (sc. τοῦ σταδίου) Ἀφροδίτης Κατασκοπίας (ἐστίν).
II 17, 7 ἔστι δὲ ὑπὲρ τὸν ναὸν τοῦτον τοῦ προτέρου ναοῦ θεμέλια.	VIII 32, 3 πεποίηται δὲ καὶ στάδιον ὑπὲρ τῆς Ἀφροδίτης (i. e. supra Veneris templum).

acc.	gen.
II 17, 3 ὁπόσα δὲ ὑπὲρ τοὺς κίονάς ἐστιν εἰργασμένα.	V 10, 5 τῆς ὑπὲρ τῶν κιόνων περιθεούσης ζώνης.
X 30, 3 ὑπὲρ δὲ τὸν Ἀχιλλέα Πάτροκλός ἐστιν ἑστηκώς.	X 25, 4 Βρισηῒς δὲ ἑστῶσα καὶ Διομήδη τε ὑπὲρ αὐτῆς καὶ Ἶφις πρὸ ἀμφοτέρων.
X 30, 5 ὑπὲρ τούτους (Phocum et Iaseum) Μαιρά ἐστιν ἐπὶ πέτρᾳ καθεζομένη.	X 30, 9 ὑπὲρ τούτου (Thamyridis) ἐστὶν ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος Μαρσύας.
V 11, 7 πεποίηκεν ὁ Φειδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος (Iovis) τοῦτο μὲν Χάριτας τοῦτο δὲ Ὥρας.	I 40, 4 ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός εἰσιν Ὧραι καὶ Μοῖραι.

Pausaniam vero non esse unum, qui ad superiorem significandum situm ὑπέρ particulam modo cum genetivo, modo cum accusativo sine ullo discrimine coniunxerit, ex aliorum posterioris graecitatis scriptorum usu dicendi perspicitur, ad quem scriptores prioris aetatis velut Herod. II 10 τῶν γὰρ οὐρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν[168]) κειμένων et Xen. anab. I 1, 9 τοῖς Θρᾳξὶ τοῖς ὑπὲρ Ἑλλήσποντον οἰκοῦσι traducunt. iam contemplare, quaeso, hosce locos:

Arist. hist. anim. I 13 (p. 493ᵃ 20 ed. Berol.) τὸ δὲ ὑπὲρ τὸν ὀμφαλὸν ὑποχόρδιον; metrol. I 3 (p. 340ᵇ 24 sqq.) τοῦ λεγομένου ὑφ' ἡμῶν ἀέρος τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν οἷον ὑγρὸν καὶ θερμὸν εἶναι —, τὸ δ' ὑπὲρ τοῦτο θερμὸν ἤδη καὶ ξηρόν; mirab. ausc. 118 (p. 841ᵇ 15) τὴν Θρᾴκην τὴν ὑπὲρ Ἀμφίπολιν. Polyb. II 27, 5 λόφον κείμενον ὑπὲρ τὴν ὁδόν; V 18, 10 τοῖς ὑπὲρ τὴν πόλιν κειμένοις — λόφοις; XXII

[168]) μέμφην πόλιν C, μέμφιν πόλιν ceteri libri, Μέμφιος πόλιος Bekkerus et Steinius. Kruegerus in editione sua haec adnotat: 'ὑπέρ bei Attikern so nur mit dem Gen., bei Spätern oft mit dem Acc.; sonst auch bei Xen. An. I 1, 9'.

18, 12 τῶν Θρᾳκῶν — τῶν ὑπὲρ τὴν Προποντίδα κατοικούντων (cf. supra Xen. anab. I 1, 9). Strab. XIV 2, 12 εἶτ' Ἰαλυσὸς κώμη, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν ἀκρόπολίς ἐστιν Ὀχύρωμα καλουμένη; V 3, 10 τοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ Πραίνεστον; XII 8, 3 ἐκείνους μὲν ἐνταῦθα οἰκῆσαι, τοὺς δὲ Μυσοὺς ὑπὲρ τὰς τοῦ Καΐκου πηγὰς πλησίον Λυδῶν; V 4, 3 ἑξῆς δὲ μετὰ τὴν Λατίνην ἐστὶν ἥ τε Καμπανία, παρήκουσα τῇ θαλάττῃ, καὶ ὑπὲρ ταύτην ἡ Σαυνῖτις ἐν μεσογαίᾳ; XVII 1, 2 ὑπὲρ δὲ τὰς συμβολὰς τοῦ Ἀσταβόρα καὶ τοῦ Νείλου σταδίοις ἑπτακοσίοις Μερόην εἶναι πόλιν ὁμώνυμον τῇ νήσῳ. Plut. Arist. 10 οὐκ ἔστι χρυσοῦ τοσοῦτον πλῆθος οὔθ' ὑπὲρ γῆν οὔθ' ὑπὸ γῆν. Ioseph. ant. Iud. XVI 5, 2 χωρίον ὑπὲρ Ἱεριχοῦντα οἰκοδομήσας — ἐκάλεσε Κύπρον (cf. bell. Iud. I 21, 9 τὸ ὑπὲρ Ἱεριχοῦντος φρούριον — ἀνέθηκε τῇ μητρὶ προσειπὼν Κύπρον et II 18, 6 Κύπρος, καθύπερθε δὲ ἦν Ἱεριχοῦντος). Lucian. ver. hist. I 89 τὴν συνουσίαν παρέχουσιν ἐν ταῖς ἰγνύσιν ὑπὲρ τὴν γαστροκνημίαν; ibid. γένεια φύουσι μικρὰ ὑπὲρ τὰ γόνατα; ibid. ὑπὲρ δὲ τὰς πυγὰς ἑκάστῳ αὐτῶν κράμβη ἐκπέφυκε μακρὰ ὥσπερ οὐρά; dial. deor. 22, 1 ἔχων οὐρὰν ὑπὲρ τὰς πυγάς. Arrian. anab. I 14, 4 ὑπερδέξια ἦν τὰ ὑπὲρ τὴν ὄχθην χωρία; hist. Ind. 32, 1 ὑπὲρ δὲ τοὺς Ἰχθυοφάγους Γαδρώσιοι ἐς τὸ ἄνω οἰκέουσι γῆν πονηρήν. Appian. Hann. 11 τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ αὐτὴν (sc. τὴν λίμνην); Pun. 95 κάτω μὲν ἐστάθμευον ἐλέφαντες τριακόσιοι, καὶ θησαυροὶ παρέκειντο αὐτοῖς τῶν τροφῶν, ἱπποστασία δ' ὑπὲρ αὐτοὺς ἦν τετρακισχιλίοις ἵπποις; bell. civ. I 67 ὡς δὲ ἀνεμίχθησαν, ἐστρατοπέδευον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριος, ἐς τρία διαιρεθέντες· Κίννας μὲν καὶ Κάρβων σὺν αὐτῷ τῆς πόλεως ἀντικρύ, Σερτώριος δὲ ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄνω, καὶ Μάριος πρὸς τῇ θαλάσσῃ; praef. 2 ἐπιστρέφοντι δὲ τὸν πλοῦν καὶ περιιόντι Συρία τε ἡ Παλαιστίνη καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μοῖρα Ἀράβων, ἐχόμενοι δὲ τῶν Παλαιστινῶν Φοίνικες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καὶ Φοινίκων ὕπερθεν ἥ τε κοίλη Συρία καὶ μέχρι ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην ἀπὸ θαλάσσης ἄνω Παλμυρηνοί; Syr. 57 ἐν τῇ Συρίᾳ καὶ τοῖς

ὑπὲρ αὐτὴν ἄνω βαρβάροις. Poll. I 80 καλοῖτο δ' ἂν τὸ μὲν ὑπὸ τοὺς πόδας ἔδαφος, τὸ δ' ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ὀροφὴ καὶ στέγη; 85 ὑπὲρ δὲ τὸ ἔμβολον δελφὶς ἵσταται; 86 ὁ στόλος δ' ἐστὶν ὑπὲρ τὴν στεῖραν; 135 τὸ ὑπὲρ αὐτὸ (sc. τὸ ἐπίκρανον) λόφος (sc. ἐστίν); II 29 τὰς ὑπὲρ τὸ μέτωπον τρίχας; IV 130 τοῦ θεολογείου ὄντος ὑπὲρ τὴν σκηνήν. Harpocr. s. v. Ἀρδηττός: — τόπος Ἀθήνησιν ὑπὲρ τὸ στάδιον τὸ Παναθηναϊκόν (non 'über das Stadion hinaus', ut Wachsmuthius l. l. I p. 238 interpretatur).

quae cum ita sint, quis est qui Thomam Magistrum p. 375 R. recte dixisse neget: τὴν ὑπὲρ πρόθεσιν τὴν ἐπάνω σχέσιν δηλοῦσαν πρὸς γενικὴν ἐκφέρουσιν Ἀττικοί, Ἕλληνες δὲ πρὸς αἰτιατικήν?

Quoniam ad finem disputationis pervenimus, in rem videtur esse ὑπέρ particulae cum genetivo et cum accusativo usum in universum comparare. Pausanias hanc praepositionem centiens quinquagiens septiens locali sensu adhibuit, si locos I 30, 3 VIII 37, 6 IX 3, 9, quos restituisse mihi videor, addimus et unum, VIII 6, 4, quo ὑπέρ delevi, abstrahimus. ex horum locorum numero 86 sunt, quibus particula cum genetivo, 71, quibus cum accusativo copulata est: genetivus igitur accusativum non superat nisi 15 locis. 10 locis motus, 147 situs significatur; cuius rei causa materia est a scriptore tractata, quae persaepe poscebat, ut, ubinam positae res essent, indicaretur. ex his 147 locis, quibus situs rerum definitur, 81 genetivum, 66 accusativum praebent. accusativum tam frequenter adhiberi eo magis dignum est notatu, quod haec structura apud antiquiores scriptores aut nusquam omnino aut rarissime invenitur[169]).

[169]) Cf. quod Kruegerus in libro 'Griech. Sprachlehre' [5] I § 68, 29, 1 dicit: 'Lokal steht es (ὑπέρ) bei den Attikern mit dem Acc.

est autem, ut iam supra diximus, eius rei causa ex universo illo studio repetenda, quo qui lingua, quae κοινή vocatur, utuntur provinciam a quarto casu administratam cum genetivi et dativi damno amplificare atque augere consueverunt. significatione 'jenseits' ὑπέρ cum genetivo coniungitur tredeciens, cum accusativo ter; contra significatione 'oberhalb' cum genetivo sexagiens octiens, cum accusativo sexagiens ter, ita ut, cum illic genetivi exempla multo plura sint quam accusativi, hic utriusque casus exemplorum paene par sit numerus. ad geographicum situm significandum genetivo multo frequentius periegeta utitur quam accusativo (gen. 48 : acc. 18[170]); at topographicum situm ut definiat, accusativum praefert genetivo (acc. 48 : gen. 33). quod vero hoc in genere Pausanias accusativum magis approbavit, eius rei nulla in universum quidem ratio afferri potest: immo scriptor libidini suae videtur obnoxius esse, velut in describendis Polygnoti pictoris tabulis ὑπέρ undeciens cum acc., ter tantum cum gen. coniunxit, quamquam causa evitandi huius casus non comparet. sed hic illic accusativum elegisse videtur ad declinandam genetivorum acervationem, velut VIII 41, 10 ὑπὲρ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικουρίου, V 13, 7 ὑπὲρ τῆς Πλαστήνης μητρὸς τὸ ἱερόν, X 26, 4 ὑπὲρ τοῦ Νεοπτολέμου τὸν τάφον, I 18, 2 II 32, 8 V 11, 7. eadem de causa, ut videtur, V 10, 9 ὑπὲρ τοῦ ναοῦ πεποίηται τῶν θυρῶν genetivos interposito verbo separavit et VIII 32, 3 πεποίηται στάδιον ὑπὲρ τῆς Ἀφροδίτης pro ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀφροδίτης dixit ὑπὲρ τῆς Ἀφροδίτης. denique Pausaniam etiam, ut perspicuitati consuleret, accusativum praetulisse arbitror loco II 17, 7 ἔστι δὲ ὑπὲρ τὸν ναὸν τοῦτον τοῦ προτέρου ναοῦ θεμέλια, ubi genetivorum ex ὑπέρ par-

---

nicht leicht von der Lage, eher bei einem Verbum der Bewegung', et quod idem in Arriani anab. edit. ad I 14, 4 adnotat.

[170]) Cum loci topographici et geographici ex parte non facile distingui possent, numeri obiter computati sunt.

ticula aptorum cum sequentibus genetivis concursu paullo obscurior facta esset oratio. ceterum in hoc consilio scriptorem parum sibi constitisse ostendit praeter alios locus qui est V 10, 9 ὑπὲρ δὲ τοῦ ὀπισθοδόμου τῶν θυρῶν τοῦ ζωστῆρος τὴν Ἀμαζόνα ἐστὶν ἀφαιρούμενος.

Index locorum Pausaniae,

qui in hac commentatione tractati sunt.